



COLLECTIO SCRIPTORUM
ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM
UTRIUSQUE CONGREGATIONIS ET SEXUS

P. F. Bartholomæi a S. Angelo Provinciæ Longobardicæ

OPERA ET SOLERTIA EXARATA

CUI ACCEDIT SUPPLEMENTUM SCRIPTORUM ORDINIS

QUI AUT OBLITI FUERUNT AUT RECENTIUS VIXERUNT

AUCTORE ET COLLECTORE

P. F. Henrico M. a SS. Sacramento

Alumno Provinciæ Genuensis.

Accedunt insuper

CATALOGUS EPISCOPORUM INDEX PRÆPOSITORUM GENERALIUM

ET PROSPECTUS PROVINCIARUM ET CŒNOBIORUM ORDINIS.

Tomus secundus

SAVONÆ

EX TYPOGRAPHIA A. RICCI

MDCCCLXXXIV.

I. Magdalena a S. Ioseph I.

Natione Galla, in saeculo dicta Dubois vel De Fontaine-Marans ex nobilissimis parentibus Parisiis nata die 17 maij anno Redemptionis nostrae 1578. Cum a teneris annis in pietate et virtute sollicite educata ex turbulentis hujusmodi procellis et periculosis saeculi fluctibus, in tranquillum religiosi status portum sibi navigandum statuisset, Teresianam observantiam Parisiis in monasterio nostro Incarnationis amplexa est, die undecima novembris ann. 1604, ubi multum profecit, et praefuit tamquam splendidissimum Ordinis Carmelitici Sydus, religiosarum virtutum exemplar, pluriumque monasteriorum fundatrix et Antistita. Migravit ad Dominum Parisiis an. 1637 die 30 aprilis aetatis 59. Miraculorum gloria illustris adeo ut Ejus beatificationis extet processus jam factus ab Episcopis aucthoritate Apostolica delegatis.

Scripsit:

1. *Vitam sororis Catharinae a Jesu suae Monialis.* Prodiit Gallice in 8.

Parisiis anno 1623.

Item Tolosae anno 1625 in 8. (curantibus Carmelitis Discalceatis).

Item Parisiis anno 1628 (Editore Petro Cardinali Berullio cum praefatione ad Reginam Christianissimam).

Item Parisiis anno 1646 et anno 1656 in 8. — « uti refert Jacobus Lelong in Biblioth. Histor. Gallicae, pag. 291, N. 6035 ».

2. *Monita spiritualia* — « Prodierunt in vita ipsius Magdalenae a S. Joseph quam Parisiis edidit in 4. Joann. Franc. Senault ann. 1645 et 1670 etc. ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 281).

2. Magdalena a S. Ioseph II.

Natione Burgunda, patria Divionensis, Teresiana virgo magnis decorata virtutibus, prudentia et pietate illustris.

Scripsit circa ann. 1648.

De sanctitate et mirabilibus a Deo gestis ven. sororis nostrae Margaritae a SS. Sacramento, cognomento Parisot.

(Ita Ludovic. a S. Teresia in suis Annal. pag. 16).

3. Magdalena a Matre Dei

Natione Hispana Abulae nata, ibique per religiosam professionem Deo consecrata. Omnium virtutum genere ac contemplationis dono insignis.

Scripsit:

De interiori et spirituali animae cum coelestibus communicatione. MS. « Quod servatur in Archivio monasterii nostri Abulensis ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 281).

4. Magdalena a SS. Sacramento

Natione Galla in Seviropoli, quae Urbs est caput Vasconiae proprie dictae, nata 6 aprilis anno 1617 et inter nostras moniales Burdigalensis monasterii professa est soror de Velo Albo (sive Conversa) in die Assumptionis; ubi poenitentia, charitate, salutis animarum zelo ac regulari observantia insignis, obiit mense januario 1697.

Scripsit opuscola:

De virtutibus theologicis et oratione; nec non epistolas, quae cum Ejus vita prodierunt Parisiis an. 1711 in 12. apud Typogr. Lambin. « Aucthore Joanne Martianay, celeberrimo et eruditissimo Congregationis S. Mauri Benedictino monacho ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 282).

5. Magdalena a Spiritu Sancto

Natione Hispana, una e primis Teresianis monialibus, quae fondationi Cordubensi anno 1689 interfuerunt.

Scripsit:

Relationem de virtutibus S. P. N. Joannis a Cruce « qua usus est Hieronymus a S. Joseph, lib. IV, cap. 4 vitae ejusd. S. P. N. Joann. ».

6. Marcellus a S. Anna

Avenionensis provinciae alumnus et XLIV praepositus generalis Italicae Congregationis electus in generalibus Comitiis habitis die 15 maij an. 1734.

Obiit Carpenctorati mense februarii anno Domini 1752 aetat. 65.

Scripsit :

Litter. Pastoral. ad totam suam Congregat. Italic.

7. Marcellus a S. Genovefa

Natione Turonensis in saeculo dictus Urbanus Chamlon, in Pago Neuvillae intra dioecesim Turoniam natus; sacerdos saecularis. et nostrarum monialium apud Turanes confessarius. Strictam Teresiani Instituti observantiam primus in convent. Charentonico e novitiis suscepit anno 1617 et die 24 febr. professus est anno 1618. Quanta senex alacritate juniores antecederet mirabantur alii, tum ad nocte surgendum, tum ad horam orationis matutinam occupandam. Ab ingressu in religionem, totus in confessionibus saecularium audiendis intentus usque ad mortem perseveravit, maxima charitate et tenerrima mansuetudine praeclarus : Ipsi Henrico Aurelianensi de Longa-Villa Duci per vigintiquinque annos fuit a confessionibus in sacramento poenitentiae. Decessit e vita Parisiis die 13 aprilis anno Dni 1644, aetatis suae 72.

Scripsit :

De casibus conscientiae — volum. I. MSS. (Gallice).
(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 282).

8. Marcellus a Matre Dei

Ante religionis ingressum, vocatus Marcellus Macedonius patria Neapolitanus, Emo Dno Scipioni Cardinali Borghesio ab epistolis.

Ab inanissimis mortalium cupiditatibus et fallaciis ad coelestia animum sincere transferens, Teresianum Institutum

amplexus est; et cum in Eo aliquot annos magnae sanctitatis cum laude vixisset, obdormivit in Domino Neapoli anno salutis 1619.

Vir generis splendore, ingenii acumine, variarum scientiarum cognitione conspicuus, vates celeberrimus, concionator eximius et theologus egregius philosophusque insignis.

« In saeculo degens, scripsit ad Scipionem Cardinalem Borghesium ».

1. *De novem musis*, sive *de suis amoribus* (aut veris, aut fictis.) lib. I.

« Postea Carmelit. Discalc. edidit ad eumdem Cardinalem (Italice).

2. *De novem choris angelorum*, in honorem S. M. N. Teresiae a Jesu, pro illius Beatificatione. Lib. I.

Romae apud Guillelmum Facciollum anno 1615 in 4.

« Hunc solummodo librum recenset noster Martialis a S. Io: Bapta in sua Biblioth. ».

3. *Orationem Panegyricam de S. M. Teresia a Jesu.* (Latine).

Ibidem eod. ann. et Typogr. in 4.

4. *Orationem alteram Panegyricam ejusd. S. M. Teresiae.* (Italice).

Ibidem eod. ann. et Typogr. in 4.

5. *Triumphum Crucis*, in XX cantus distinctus Carmine italico heroico.

« MS., apud Cardinalem Ubaldinum ».

6. *De S. Catharina V. M. — Poema italico* metro MS.

7. *Sermones varios « Italico sermone MSS.*, apud Carmelit Discalc. Neapolit. ».

« De isto doctissimo et piissimo religioso legendi sunt, Ianus Nicius Erythraeus in Pinacotheca Imaginum illustrium Virorum, parte I, pag. 104, Nicolaus Toppi, in Biblioth. Neapolit. et De Williers, Tom. II in sua Bibl. Carm. pag. 307, N. 9 ».

9. Marcus a S. Francisco I.

Mechliniensis, defunctus Lovanii anno 1675 postquam edidisset hispanice:

1. *Compendium vitae S. P. N. Joannis a Cruce.*

Lovanii anno 1675.

2. *Chronicon Carmelitarum.* (Flandrice).
(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 282).

10. Marcus a S. Francisco II.

Provinciae Venetae alumnus, in saeculo Joannes-Carolus Venetiis ortus die 5 aprilis anno 1712. Parentes habuit Dnum Martinum Rossetti ex oppido dicto Schio, dioecesis Vicentinae et Dnam Lauram Maggi Venetam.

Teresianam induit vestem in Vicentino Tyrocinio die 6 aprilis anno 1727, et solemnem dixit Vota anno sequenti 1728. Emenso summa cum laude in Patavino nostro Collegio studiorum Curriculo, ibi postea cathedram ascendit. Verum animarum salutis zelo accensus eam reliquit, et ad apostolicum ministerium se consecravit; illudque in praecipuis Italiae Urbibus exercuit, non sine ingenti omnium plausu, atque Christifidelium profectu. Plenus dierum ac bonorum operum obdormivit in Domino anno Redemptionis nostrae 1793 aetatis suae 81.

Scripsit et edidit :

1. *Ànimadversiones in regulas et usum critices,* aucthore R. P. Honorato a S. Maria, Carmelit. Discalc. — Interprete e Gallicis viro ejusd. familiae provinciae Venetae.
Venetiis anno 1733 Tom. III in 4.

2. *Opere di S. Giovanni della Croce primo Carmelitano Scalzo, dal Castigliano trasportate in Italiano.* « Aggiuntavi *la Vita del Santo* ».
Venezia 1748 Tom. II in 4. (Vit. ejusd. S. Joan. edit. etiam in fol.).

3. *Memorie intorno la vita del B. Angelo Mazzinghi e intorno la B. Giovanna Scopelli, BB. Carmelitani della Congregazione di Mantova.*
Brescia 1772 in 8.

4. *Brevi avvertimenti di Fr. Marco di S. Francesco ai giusti e saggi estimatori del Ch. Professore P. T.* (Pietro Tamburini def. ann. 1827) intorno ad una digressione sopra il sommo Pontefice e la Chiesa di G. C. da Lui introdotta nella sua Analisi del libro delle Prescrizioni di Tertulliano stampata in Pavia l'anno 1781.
Parma 1782.

5. *Osservazioni dommatiche storiche critiche sopra*

le opere, la dottrina e la condotta di Giansenio, dell' Abbate di Sancirano, di Arnaldo, del P. Quesnello, di Petitpied e de' loro discepoli. — Opera del P. Onorato di S. Maria etc. tradotte dal francese in italiano.

Vicenza 1786 T. 2, in 8.

6. *Difficoltà proposte dal P. Onorato di S. Maria Carmelit. Scalzo al sig. Nicolò Petitpied, autore dell'Esame Teologico.* — Traduzione dal francese.

Ivi 1789 T. I, in 8.

Reliquit inedita, seqq.:

1. *Quaresimale.* — 2. *Orazioni Panegiriche.* — 3. *Piano di educazione per NN. Patrizio Veneto.* — 4. *Dissertazioni Teologiche.* — 5. *Lettere etc.*

(Vedasi il Tomo XVII del Nuovo Dizionario degli Uomini Illustri etc. (tradotto dal francese), stampato in Bassano l'an. 1796 p. Remondini pag. 193, N. 5. Parola — Rossetti).

11. Marcus a S. Ioseph

Patria Placentinus. In magisterio novitiorum et praelaturis admirabilis, ac Orationis dono sublimis. Ad superos evolavit Novocomi, (dum esset actualis prior S. Eremi provinciae Longobardiae) die 27 decembris anno 1677 aetatis suae 66.

Scripsit et edidit:

1. *Novam Versionem Italicam Operum S. M. N. Teresiae a Iesu.*

Venetiis anno 1668 in 4. — (et iterum ann. 1694).

2. *Apparatus ad Spirituale aedificium Obedientiae Monasticae etc., in 4. (Latine) MS.*

3. *Apparatus ad Spirituale aedificium Obedientiae Evangelicae etc., in 4. (Latine) MS.*

4. *Opere coordinate di S. Teresa. (Italice).*

Edit. Venetiis anno 1689.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 232 — et Necrolog. Provin. Longobard. pag. 13).

12. Marcus a Resurrectione

Natione Belga, sacrae theologiae professor, scripsit idiomate belgico librum inscriptum:

Tabula Salutis, sive: *De bono usu Sacramenti Poenitentiae.*

Bruxellis anno 1681 in 12.

(De Williers, T. 2. suae Bibl'oth. Carmelit. pag. 332, N. 17).

13. Marcus a SS. Sacramento

Natione Hispanus, monialibus nostris monasterii Coesar-Augustani a Confessionibus Sacris: deinde hispanici exercitus anno salutis 1599 adversus Anglos proficiscentis cum quindecim aliis Carmelitis Discalceatis vicarius generalis constitutus.

Scripsit:

De propria vita Relationem.

« Qua usus est Michael-Baptista de Lanuza Lib. 3. Vitae Venerab. Sororis nostrae Matr. Isabellae a S. Dominico, cap. 8. »

(De Williers, ut supr. loco citato, N. 18).

14. Margarita a Iesu

Doctissimi et celeberrimi P. Dionysii Petau Societatis Iesu Germana soror Aurelii nata ex Hieronymo Petau patre et Francisca Hanapier matre: anno aetatis suae vigesimo nono apud Aurelianenses moniales sacram induit vestem anno 1627 die 18 octobris: professionem vero solemnem ibi emisit anno 1628 die 21 eiusdem mensis, religiosis omnibus nostri instituti virtutibus apprime exercitata, in Occitaniam a Superioribus missa fuit ob coenobiae rigenda et fundanda. Inde redux optimis oppletam exemplis vitam absolvit in Aurelianensi suo monasterio anno 1663 die 21 novembris.

Scripsit eruditis linguis instructa et edidit versibus latinis *Volumen unum.*

(Vid. De Williers in Indice suae Biblioth. Carmelit., Tom. 2, pag. 998, Lit. M.)

15. Margarita a Matre Dei

Anno Domini 1587 piis et honestis parentibus Sebastiano Wannoct Brabantino et Gertrude Bernates in oppido Formsen superioris Frisiae Status Belgici nata.

Teresianam induit vestem Bruxellis anno 1607 die 8 decembris, sub venerab. matr. Anna a Iesu novitia facta, inter

sorores conversas admissa. Virgo humilitate, charitate, oratione, poenitentia, contemplatione, amore Dei, vitae sanctitate, miraculorum gloria, visionibus coelestibus illustrata, atque spiritu prophetico donata, migravit in coelum Bruxellis cum magna Sanctitatis fama, die undecima martii anno salutis 1646 aetatis 59 professionis 37.

Scripsit iussu P. Gratiani a Cruce carmelit. discalc. eius confessarii, postea provinciae Belgicae provincialis:

1. *Historiam vitae suae idiomate belgico.* « Quam, Gallico Sermone, donavit Io: Chrysostomus eiusd. Ordin., in 4. »

(MS. asservab. olim in biblioth. coenobii nostri Bruxellensis).

2. *De Oratione ac Contemplatione, atque Favoribus sibi divinitus concessis.*

Tractat. MSS.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 282.

16. Margarita a SS. Sacramento I.

In saeculo dicta Parisot ex piis et honestis parentibus nata est Belnae in dioecesi Burgundiae Eduensi die 7 februarii anno 1619. Virgo fere ab infantia Deo consecrata inter nostras moniales Belnenses adscita et admissa, vitam prorsus mirandam, praestantioribus virtutum exercitiis refertam, illustrationibus divinis ac coelestibus decoratam charismatibus, prodigiis ac miraculis insignem finivit, moriens die 26 maii anno Domini 1648.

Iacet Belnae in egregio sacello ab amplissimo viro Petro Seguerio, Franciae cancellario munificentissime in eius memoriam constructo.

Scripsit:

1. *Statuta Domesticorum Pueri Iesu, B.mae Virginis et S. Ioseph.*

2. *Colloquia cum Eius Magistra Matr. Maria a SS. Trinitate.*

3. *Exercitia pro singulis Horis Diei et Noctis.*

4. *Alia pia Exercitia.*

5. *Epistolas varias, exquisitissimam pietatem redolentes.*

« Quas edidit Iacobus Amelotus in eius vita, Lib. XII a pag. 738 usq. ad pag. 744. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 283. — De Williers, T. 2. suae Bibliot. Carmel. pag. 333, N. 21).

17. Margarita a SS. Sacramento II.

Parisiis nata, die 6 martii anno 1590. Parentes habuit Dom.num Petrum Acarie rationum magistrum, vice-comitem de Villemor Dom. de Montberault etc., matrem vero Barbaram Aurillot. (Vid. infr. artic. propr.).

Religionis habitum inter nostras moniales in suburbio S. Iacobi Parisiis induit die 5 septembris, ann. 1605, professionemque ibidem emisit die 18 martii anno 1607.

Ad monasterium Turonensem anno 1615 suppriorissa constituta, et triennio expleto, priorissa electa fuit praesente Dno Berullio.

Burdigalam anno 1620 missa fuit occasione turbarum ortarum discalceatis viris carmelitis regimen monialium sui Ordinis praetendentibus: ubi Margarita variis persecutionibus vexata, vique expulsa heroicos patientiae actus exercuit.

Burdigala ad Santonum Medulanum perrexit, comite Maria a Iesu matre parente cancellarii Seguierii. Mense iulio anno 1624 in priorissam monasterii in Vico-Capones constituti Parisiis electa fuit, cuius coenobii hortulos claudi curavit, et alia perfici aedificia. Anno tantum 1631 praefecturam dictam exuit: Ast anno 1644 factiones excitatae fuerunt, ut in provinciam ablegaretur, praetextis eius pseudo-revelationibus, quas nomine illusionum notabant, et praeclaris illius gestis humani lucri specie infamatis. Eiusdem nihilominus monasterii priorissa electa fuit anno 1650. Hydropisi autem quam febris comitabatur laborans, occubuit die 24 maii anno 1660 aetatis 70 et professionis 54 inchoato.

Editum est sub eius nomine opus:

1. *De Modo Christiane et Religiose vivendi, in 12. (Gallice).*

Lugduni anno 1688.

2. *Consilia Spiritualia.*

(Leguntur in eius vita gallice edita).

Parisiis anno 1690 in 8.

« Aucthor huius vitae notatur solis litteris initialibus M. T. D. C., quae significantur Dominum Tronson De Chénévière, virum nobilem, magnorum negotiorum procuratorem, nomine regis Galliarum, in regionibus septentrionalibus. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 282. — De Williers, T. 2. suae Bibliot. pag. 335 N. 22).

18. Maria a S. Alberto

Natione Hispana novitiarum magistra Vallisoletani monasterii; postea priorissa. Virgo magnis decorata virtutibus in oratione assidua, ad obedientiam promptissima, silentii amantissima, regularis vitae observantissima et paupertatis cultrix celeberrima: Obiit actualis Priorissa Vallisoletana die 9 iunii anno Domini 1640.

Scripsit idiomate hispanico:

1. *De Visionibus Sororis nostrae Catharinae Evangelistae Vallisoletanae.* « Quae obiit anno 1623 die 16 octobris aetatis suae 74 religionis autem 53. »

2. *Diarium de propriis Visionibus.* « Quo usus est Franciscus a S. Maria Tomo II. Historiae Reformationis S. Teresiae Lib. VII cap. 12. »

« Priorem vero Tractatum laudat Michael-Baptista de La Nuza, Lib. de Vita Teresiae de Vela monialis Teresianae cap. 26, 30 et 33, ut animadvertit Ludovicus Iacob in sua Biblioth. Carmel. MS. pag. 293. »

19. Maria a Cruce

Granatae in Hispania anno 1563 nata, a S. P. N. Ioanne a Cruce inter moniales nostras Granatenses adscita, per manus Venerabil. Matris Annae a Iesu, habitu religionis induta, anno 1585, et anno sequenti professa.

Cum plurimum in studio perfectionis proficeret ei fundationem monasterii Ubetensis, superiores Ordinis demandarunt; in quo virtutum omnium exemplar fuit, quater priorissa illud sanctissime regens, laudabilibusque stabiliens consuetudinibus. Altissimo contemplationis dono illustrata, in profundum divinae sapientiae pelagum introivit.

Ubedae animam Deo reddidit anno Domini 1638, cuius memoria in benedictione est.

Exposuit admirationi saeculorum varios Tractatus utilissimos hispanico idiomate scriptos, qui in eodem Ubetensi monasterio asservantur MSS. nempe hi sunt:

1. *Expositio in haec verba Psalmi 8ᶦ. — Quam di lecta Tabernacula tua, Domine, virtutum.* (Complectitur capita 34).

2. *Expositio in haec verba S. Pauli Ap. ad Romanos cap. XI. O altitudo divitiarum, sapientiae et scientiae Dei!* « In cuius explicatione, ea dexteritate et artificio utitur, ut appareat sententias illas non per vim tractatas, sed sponte sua ut ita dicam innatas. » (Complectitur 45 capita).

3. *Explanatio eiusdem Capitis.* (Continetur capitibus vigintiquinque).

4. *Explanatio illius Psalmi 148 versus: Et aquae omnes, quae super Coelos sunt laudent Nomen Domini.* (Complectitur capita 33. — Haec scripta sunt anno 1633).

5. *Historia Vitae suae,* iterato Praelatorum iussu cum additionibus.

« Martialis noster in sua Biblioth., pag. 284, asserit alios sex ab illa elucubratos libros, sed quinam sint non innotescit. »

(De Williers, Tom. 2. suae Biblioth. Carmelit. pag. 340 N. 32).

20. Maria a S. Euphrasia

Monialis nostra Hispana scripsit:

Hieroglyphicum de Mysterio Immaculatae Conceptionis Virginis Mariae.

« Quod citatur apud Sanctium Zapatam doctorem Hispanum Libro de Conceptione pag. 150, ut referunt Petrus de Alva, in militia Immaculatae Conceptionis: Franciscus Bonae Spei in visione Eliana, et Ludovicus Iacob in sua Biblioth. MS. pag. 293. »

(De Williers, ut supr. pag. 341 N. 34).

21. Maria a S. Hieronymo

Natione Hispana patria Abulensis et consanguinea Seraphicae S. M. N. Teresiae a Jesu. Patrem habuit Alphonsum Alvarez matrem vero Mariam Salazar. In patrio monasterio solemnem

emisit professionem die 22 aprilis anno 1565. Post S. M. N. Teresiam priorissa in eodem monasterio, et etiam in aliis asceteriis usque ad annum 1604. Claruit virgo vere heroica sanctissimis exornata moribus, variis animi dotibus excellens, summa insignita fide, sapientia, prudentia, contemplatione et humilitate in vita et post mortem illustris. — Scripsit:

Vitam venerab. sororis nostrae Matr. Annae a S. Bartholomaeo.

« Franciscus a S. Maria lib. III. Histor. Reformat. S. Teresiae, cap. 13, pag. 301, refert, Mariam a S. Hieronymo dum in monasterio Malagonensi priorissa esset, in fenestra communionis vidisse stellam quae moniales ad sacram Synaxim invitaret ».

« Laudant eam Hieronymus a S. Joseph in Annalibus Hispan. Congregat. et ipsa S. M. N. Teresia a Jesu in libro fundationum ».

22. Maria a Jesu I.

In saeculo dicta de Sandoval et Godiner natione Hispana Veacensis, sororis nostrae Catharinae a Jesu Germana; priorissa Cordubensis anno Domini 1589. Floruit virgo prudentia, probitate et religione ad annum usque 1604 quo vixit.

Scripsit:

Relationem de virtutibus et sanctitate S. P. N. Joannis a Cruce.

(De Williers Tom. II, suae Biblioth. Carmelit. pag. 342 et 343, N. 39).

23. Maria a Jesu II.

Patria Januensis ex nobili familia Castagnola anno salutis 1568 die 8 septembris nata. In patrio monasterio solemnem emisit professionem an 1590; et postea fuit Bononiae fundatrix monasterii nostri sub Titulo S. Gabriel. Arch. (nunc SS. Joseph et Teresiae) die 1 novembris anno 1619, ibique cum fama sanctitatis ad sponsum migravit die 11 aprilis 1641 aetat. 73.

(Ex Necrolog. Provinc. Longobardiae, pag. 7).

Reliquit MSS.:

Monita spiritualia pro monialibus suis.

(Hujus vitam scripsit P. Philippus a SS. Trinitate Carm. Discalc.).

24. Maria ab Incarnatione I.

Natione Hispana Segobiensis priorissa. — Post annum 1591 scripsit :

Vitam S. P. N. Joannis a Cruce — « qua usus est Franciscus a S. Maria Tom. II. Histor. reformat. S. Teresiae lib. VIII, cap. 13 ».

25. B. Maria ab Incarnatione II.

In saeculo Barbara Parisiis nata anno 1565 die 1 februarii. Patrem habuit Nicolaum Auvillot Dom. de Champlastreux, matrem vero Mariam L' Huillier ex antiqua nobilissima Parisiensi familia.

Anno aetatis suae decimo et uno educanda in monasterio Longi-Campi, prope Parisios, fuit tradita ubi ad pietatem longe supra aetatem instructa, anno decimoquarto in Domum paternam redux, apud parentes institit, ut ingressus in vitam religiosam liber sibi pateret : sed repulsam passa anno decimooctavo digno conjungitur viro Dno Acarie vice-comiti de Villemor, Dno de Montberau aliorumque insignium praediorum. Inter foederatos is pertinax socius Parisiis egredi compulsus est, postquam Lutetia Henrici IV Galliarum regis ad obedientiam subdita rediit; magnis inde in conjugem Dnam Acarie ruentibus calamitatibus, sex infantibus nutriendis et instituendis oneratam.

Anno 1613 die 16 novembris defuncto amantissimo conjuge, piis omnibus operibus seipsam dedit totam magis ac magis exercendis. Antea matrimonii ligata vinculis, liberis tamen aliis interni spiritus facultatibus, jam sic ferebatur in Deum, tamque heroicos gerebat virtutum omnium actus, ut multos monasteriorum spirituales ascetas praecederet. assiduo orationis studio Deo conjunctissima, Christi plagas singulis praecipue Feriis sextis sic impressas ferebat, ut acutissimos, gravissimosque dolores in capite, latere, manibus et pedibus invicta patientia pateretur. Quanta fecerit et pertulerit, ut moniales Teresianas Hispanas Sanctum Carmeli Institutum perfectioris in Galliam propagaturas adduceret, vix dici potest. — Anno 1614. Parisiis egressa Ambianum perrexit, et in monasterio

monialium Carmelitar. Discalceat die 7 aprilis, quo festum Annuntiationis B. V. M. celebrabatur, vestem religiosam induit inter conversas sorores adscita; et anno sequenti die 8 aprilis solemnia vota dixit. — Sanitatis autem causa illam in locum Parisiis propinquiorem dimittendam superiores judicaverunt; et ideo anno 1616 Pontisaram petiit et ibi defuncta est die 18 aprilis anno Redemptionis nostrae 1618 aetat. 53 et religiosae professionis 3 et 10 dieb.

Eam Omnipotens Deus mirabilibus signis et miraculis illustravit in vita et post mortem: quibus rite probatis a Pio VI Pontif. Max. Beatorum in fastos relata est die 5 junii anno 1791, et officium in Ordine nostro recitare permisit.

Praeter scientiam non vulgarem mecanicae artis, praeter sufficientem linguae latinae peritiam, ut scripturam sacram legeret, ex qua interdum plures proponebat ad intentum sententias; scripsit Gallice:

1. *De cautelis adhibendis in vitae statu deligendo. Tractat. I.*

2. *De idonea ad primam Communionem praeparatione. Tractat. I.*

3. *De vita interiori. Tractat. I.* « Quem ad filiam suam Teresiam a SS. Sacramento direxit.

4. *Centum circiter monita spiritualia:* « Quae ad eamdem filiam misit ».

5. *Vera exercitia* (ab ipsa composita) *omnibus animabus utilia.*

Parisiis apud Dionysium Moreau ann. 1622 in 24.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 284. — De Williers Tom. II, suae Biblioth. Carmelit. pag. 344, N. 41 et alii multi etc.).

« Vitam Ejus scripserunt (in occasione suae Beatificationis edit. ann. 1791 et 1792) P. Petrus Damianus a S. Aloysio provinciae Venetae, vicarius generalis Italicae Congregat. et P. Octavius a S, Joseph Longobardiae provinciae etc. ».

26. Maria a S. Ioseph I.

Natione Hispana Abulensis patria, ex patre (ut asserit Philippus a S. Maria) Christophoro de Avila, et matre Anna a S. Dominico nata; ideoque in saeculo dicta Maria de Avila:

una e prioribus quatuor novitiis, quas S. Mater Teresia in monasterio Abulensi, die 24 augusti anno 1562 recepit, vota solemnia emisit anno 1566 die 12 julii, ita prorogata ejus professione iuxta rationes S. M. Teresiae notas.

Deinde anno 1576 priorissa Hispalensis facta, operosis illic negotiis agitata, ob imprudentiam cujusdam novitiae ab religione abdicata egressae, multaque de nostris monialibus Hispalensibus iniqua obloquentis: quae in causa fuerunt, cur ipsa Maria a S. Joseph fuerit prioratu despoliata; postea tamen rebus ad majorem notitiam perductis iterum, licet ipsa reluctans, electa fuit, sicut ipsam monuit S. M. Teresia. Qua quidem S. Matre jam defuncta Ulyssiponensis monasterii fundationem curavit, anno 1584, cujus et prima priorissa fuit Maria nostra a S. Joseph. Missa autem a superioribus in conventum Cuervensem (vulgo de la Cuerva) anno 1603 ibi paulopost magna cum sanctitatis opinione, obiit, in cujus transitu Anna a Jesu cantantes Angelos audivit:

Justorum animae in manu Dei sunt.

Una ex iis fuit quas Galli Teresianum ad Institutum in suo regno introducendum petierant. Quod ipsam summopere desiderasse colligitur ex Ejus Epistola Ulissipone scripta anno 1586 ubi sic loquitur:

« Peccatrix ista Maria in Galliam pergere parata est, in Domino confidens, nec hostes, nec penuriam pertimesco. . . . . Gallice scribo, Catharinae a Jesu, in eo idiomate magistrae meae auxilio; mirantis meam in eo addiscendo facilitatem..... Si ad animi propensionem attenderetur Galliam cuicumque alteri loco praeferrem, parata tamen ad obediendum usque ad mortem ».

Edidit hispanico idiomate:

1. *Instructionem priorissarum pro Regimine Monialium* « Directam ad venerab. Matr. Hieronymam a Matre Dei. — Prodiit Parisiis 1617 ap. Rollinum Thierry in 16. Gallice, interprete Dionysio a Matre Dei Carmel. Discalc. Gallo (suppress. nom.) ».

2. *Epistolas ad S. M. Teresiam a Jesu* « ut patet ex responsis ab ipsa S. M. Teresia datis, in quibus Eam S. Mater solatur, instruit, corripit, monet, exhilarat, deprimit et sancte confortat ac corrigit ». 2

« Novemdecim Epistolae S. M. Teresiae fuerunt editae Cesenae ann. 1782, Typ. Gregorii Biasini, sed ubinam sint asservatae Epistolae Mariae a S. Joseph compertum nondum est ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 285. — De Williers, Tom. II, suae Biblioth. Carmelit. pag. 346, N. 43).

27. Maria a S. Ioseph II.

Priorissa Segobiensis Coesar-Augustana et Pampilonensis: Virgo pietatis et humilitatis operibus, vitae puritate, pluribus donis ac coelestibus gratiis, insignis.

Circa annum 1623 scripsit ad Equitem Michael-Bapt. de La Nuza.

Epistolam de morte gloriosa venerab. sororis nostrae Matr. Isabellae a S. Dominico « ut asserit noster Paulus ab omnibus sanctis in Bibliographia Carmelitana ».

28. Maria a S. Ioseph III.

Natione Galla in monasterio Pontisarae anno 1605 die 17 januarii novitia, a ven. Matre Anna a Jesu admissa, ibidemque anno 1617 priorissa, nec non novitiarum magistra.

Scripsit Gallico sermone:

Novitiarum instructionem « qua utuntur moniales Italicae Congregationis ».

« Asservabatur olim MS. in monasterio Cabillonensi ».

(De Williers ut supr. loco citato etc. ».

29. Maria a S. Petro

Natione Hispana monasterii Granatensis. Scripsit circa annum 1591.

1. *Relationem de virtutibus et sanctitate S. M. N. Teresiae a Jesu.*

« Qua potitus est Franciscus a S. Maria Tom. II. Histor. Reformat. S. Teres. lib. VIII cap. 3 num. 3 ».

2. *Relationem de virtutibus et Sanctitate S. P. N. Joannis a Cruce.*

« Quam refert jam citatus Franciscus a S. M. lib. VI cap. 13 Historiae citatae ».

30. Maria a SS. Sacramento

Ex Joanne du Mas et Francisca de Vigne rusticis parentibus posthuma in Pago Langourant prope Burdigalam sito, anno Domini 1595 nata est die 24 martii. Puerulam Divina Providentia eam servavit immunem a suis rostro, Lupi rabie, canis dentibus, et impudicorum foedo militum tactu. Decennis Burdigalam translata, in obsequium Famulae primum tradita apud quamdam mulierem iracundam non semel ab ea vapulata: tertio deinde decimo aetatis suae anno in Domum clarissimi Domini de Chimbeau cui Mater Mariae famulabatur ingressa primis litterarum rudimentis et christianae religionis articulis instruebatur.

Anno 1610 quo Teresianae moniales instituti Burdigalae incipiebant Maria du Mas, quae decimum sextum nondum aetatis attigerat annum, ab Isabella ab Angelis suadente Domina de Chimbeau acceptata fuit, et ad probationem subeundam die 1 februarii anno 1611 monasterium subiit, ubi aegrotantium monialium servitio, et deinceps Culinae officio incumbebat. Expleto probationis anno, vestem Teresianam ibi die 29 ianuarii anno 1612 induit. Verum professionis adveniente tempore, omnes et singulae moniales ob corporis debilitatem et infirmitatem de Maria in saeculum remittenda cogitabant, idipsum scribente iubenteque illarum superiore: cuius tamen litterulas ad hoc negotium spectantes, nemine legente, recepta unanimi calculo professionem emisit inter conversas anno 1613 die 29 iunii.

Apud Santones cum aliis dimissa, conventus aedificandi causa anno 1617, inde Mussipontum ob eamdem rationem delegata est decem post annos, nempe anno 1627, ubi obiit anno salutis nostrae 1656 die 31 decembris, virtutibus clara, virgo tam excellenti castitate pollens, ut ne motus quidem inordinatos concupiscentiae sciret, et poenitus quid essent ignoraret. Eius innocentiam ab omni prorsus lethali noxa alienam, humilitatem profundam, paratissimam obedientiam, virtutum actus heroicos, orationem sublimem, amoris divini flagrantiam, erga proximum charitatem ferventissimam, doni prophetici certitudinem. sanitatis procurandae solertiam mirificam, et gratias

gratis datas fuse descripsit Ludovicus a S. Teresia, in suis Annalibus Galliae lib. 2. cap. 104 et seqq. pag. 574, et pauca ex illo Martialis a S. Io: Baptista in sua biblioth. pag. 286 transcripsit; ubi tamen animadvertit nostram Mariam a SS. Sacramento, iussu superiorum scripsisse:

Historiam Vitae Suae, « in qua mirabilis Dei misericordia et benignitas elucet, ex innumeris animae periculis ante religionis ingressum eam eripientis. »

31. Maria a S. Teresia

Natione Galla regione Vasco in saeculo dicta Marie Rose, in oppido vulgariter dicto Lespar in tractu Medulano (Gallice, Medoc.), quatuor Leucis a Burdigala, nata die 25 martii anno 1640. — In monasterio Burdigalensi sub titulo Assumptionis B. V. (fundato anno 1618), in statu etiam ista conversarum, Deo se consecravit. Virtute et doctrina clara, ad Sponsum migravit die 25 augusti anno 1717 post 54 ann. Religionis.

« Inter plura, quae recensentur gallico sermone scripta, sunt:

1. *Epistolarum Tom. II, in 12.*
Parisiis anno 1720.

2. *Tractat. De Statu passivo Animae in Oratione.*
Ibidem eod. anno.

3. *Expositio in Cantica Canticorum.*

« Utrum edita fuerit non certum ut asserit noster Martialis a S. Io: Baptista. in sua bibliotheca pag. 286 N. 15. Quamvis opus istud iudicet doctum et sublime in tantis Coniunctionis animae cum Deo mysteriis explicandis satis perspicuum prout coniicere potuit ex nonnullis istius elucubrationis codicibus, quos prae manibus habuit. »

Vita nostrae Mariae a S. Teresia, prodiit
Parisiis anno 1720 in 12.

« Ast virgula censoria eam notat idem Martialis a S. Io: Bapta, ceu multa continentem non satis discussa, nec historicae veritati, nec sanae theologorum doctrinae conformia. »
(De Williers, Tom. 2. suae Biblioth. Carmelit., pag. 357, N. 58).

32. Maria a SS. Trinitate

Natione Galla provincia Burgunda anno 1601 die 25 ianuar. Civione nata.

Prima vox in quam infans erupit haec fuit: *Carmelitana ero.* Novennis tanto iam lumine illustrabatur cum sui tanta abiectione, ut vix a divina praesentia distrahi posset; et tanta erga SS. Eucharistiae Sacramentum devotione flagrabat, ut in eius meditatione gaudio perfunderetur ineffabili. Vir Clariss. Dnus Gallemant, qui tunc Divione commorans, ei a confessionibus erat, augescentem in illa gratiam adeo in dies mirabatur, ut ad quotidianam ferme communionem induceret, diceretque uni e priorissis nostrarum monialium illam infantem aliquando futuram esse alteram Sanctam Gertrudem.

Aetatis anno 16 in illarum Parthenopaeo Divionensi, quod anno 1605 die 28 octobris fuerat institutum, Religionis habitum accepit; et anno sequenti videlicet 1618 emissa professione in tantum ad virtutem profecit, Dominicae praesertim Passionis mysteriis dedita, ut sorores in admirationem sui adduceret.

Anno 1619 missa est ad Belnense monasterium fundandum cui prima praefuit, illudque sancte rexit et ibi anno 1630 desiit vivere.

Scripsit gallice:

1. *Colloquia Sororis nostrae Margaritae cum Matre Maria a SS. Trinitate circa Mysteria Infantiae Christi.*
2. *Colloquia circa B. Virginem Mariam.*
3. *Monumenta pro eiusdem Margaritae vita conscribenda.*

(Martial. a S. Io: Bapta pag. 287 — De Williers, T. 2 Bibl. Carmel. pag. 357 N. 60).

33. Maria-Anna a Sanctis

Hispana, prima Ulyssiponensis monasterii suppriorissa. Illud Parthenopaeum inchoatum fuit die 7 ianuarii anno 1585, ope viri clariss. Ioannis de Quintana-duenas de Bretigny. Dum enim de illo construendo cogitarent Carmelitae Discalceati monasterio ad moniales quatuor Teresianas illuc conducendas summam pecuniae ille subministravit mense decembri anno 1584 Fundatione autem peracta anno sequenti (ut mox diximus die 7 ianuarii 1585) ille Dnus de Bretigny alias quatuor moniales ipse licet Laicus cum decem viris armatis, ob milites

tunc temporis itinera infestantes, Hispali Ulyssiponem comes duxit, impensis omnibus solutis, si comeatum equorum excipies. Qua de re gratiosas litteras ad eum direxit, aegrotante priorissa Maria a S. Ioseph, Maria-Anna a Sanctis tum suppriorissa die 29 novembris anno 1588, sicuti refert Ludovicus a S. Teresia in praefatione Annalium Carmelit. Discalc. Galliae, cap. 8, pag. 18. — Addit autem Ludovicus Iacob in Catalogo monasteriorum Ordinis Carmelitici MS., pag. 279, quod haec Maria-Anna a Sanctis S. M. Teresiae discipula, istius Parthenopaei Ulyssiponensis antistita bis fuerit, et anno 1633 ibi mortua die 11 martii omnibus decorata virtutibus. »

(De Wiliers, Tom. II, suae Biblioth. Carmelit. pag. 355, N. 55).

34. Maria-Baptista Occampa

Natione Hispana patria Toletana Didaci de Cepede et Beatricis a Cruce filia, S. M. N. Teresiae a Iesu, neptis, monialis quarta e primis monasterii Abulensis anno 1564 die 21 octobris professa novitiarum praefecta et priorissa Vallisoletana.

Virgo veneratione omni digna, divina contemplatione sublimis, atque puritatis eximiae, nec non rarae Sanctitatis dotibus conspicua. Decessit Vallisoleti piissime, praesentibus Philippo III. Hispaniarum rege et regina Margarita Austriaca eius coniugo anno Domini 1601.

Scripsit hispanico idiomate:

Relationem de Vita, Sanctitate et Revelationibus S. M. N. Teresiae a Iesu.

« Qua usus est Franciscus a S. Maria, lib. II., Histor. Reformat. cap. 2 et 23 etc. »

(De Williers, Tom. 2. ut supr. pag. 338 N, 28).

35. Maria-Beatrix ab Incarnatione

In saeculo Dna Octavia Mutinae nata, die 8 septembris anno Domini 1642, sub paroecia S. Vincentiii M. Guidi ex marchionibus Rangoni, et Victoriae ex marchionibus Bentivogli d' Este filia, et neptis Dnae Methildis Bentivolae Aetestinae fundatricis anno 1652 die 19 martii. in ead. Mutin. Civit. monasterii nostrarum monialium sub titulo SS. Ioseph et Teresiae, suppress. postea a Republica Cisalpina die 19 iunii anno 1798.

Religiosam induit vestem in praedicto monasterio die 13 ianuarii anno 1658, et anno sequenti die 14 eiusdem mensis solemnia dixit vota.

Munia novitiarum magistrae et priorissae summa cum laude exercuit. Decessit virtutibus singulis clara et meritis plena die 24 augusti anno 1687.

Fuse et ordinate scripsit italico idiomate seqq. Vitas, scilicet:

1. *Soror. Mariae-Franciscae a S. Teresia Neapolit. ex Nobili Familia Rossani, Defunct. 8 maii 1657 aetat. 21.*

2. *Matr. Catharinae a Cruce, ex marchionibus Casali, prima prioriss. eiusd. monaster., Defunct. 12 Aprilis 1676.*

3. *Soror. Annae a Nativitat. (Conversae) Defunctae 23 ianuar. 1678 aetat. 65.*

4. *Matr. Mariae-Magdalenae a SS. Sacramento Mutinensis ex Nobil. Familia Baranzoni priorissae, Defunct. 31 martii ann. 1683 aetat. 45.*

5. *Soror. Mariae-Methildis a S. Teresia Mutinensis ex Comitibus Fontana, Defunct. 12 februar. 1687, aet. 53.*

« Reliquit MSS. aliqua Opuscula Ascetica, quae olim asservab. in archivio praedicti monasterii. »

36. Maria-Coecilia a S. Paula

Dicta in saeculo Teonilla. Ortum habuit Placentiae anno Domini 1647. Patrem habuit Octavium ex Marchionibus Scoti, matrem vero Paulam Tedeschi.

Anno 1665 die 20 iunii in Mutinen. monaster. Teresianum habitum accepit e manibus avunculi sui R. P. Odoardi a Cruce tunc Longobardiae provincialis, et anno seq. die 29 eiusdem mensis solemnem emisit professionem.

Anno 1689 Ordinis superiores eam delegerunt sociam Venerab. M. M.ae Franciscae a Spiritu Sancto, pro fundatione Asceterii Regii-Lepidi; in quo virtutum omnium exemplar fuit, et monasterium sanctissime rexit post discessum suprad.ae Venerab. Matris; et ibi ad Sponsum migravit die 19 septemb. ann. 16.9.

Scripsit italice;

Instructiones pro Offic. Magistr. Novit. Prioriss. et Monita Spiritualia.

(Eius Vitam scripsit P. Fridericus a S. Antonio Carmelit. Discalceat. Longobard. Provinc.)

37. Ven. Maria-Francisca a Spiritu Sancto

Vocata in saeculo Eleonora, filia Ser.mi Francisci I. Ducis Mutinae etc. et Ser.mae Ducissae Mariae Farnesiae nata die 2 ianuarii anno 1643.

Relictis saeculi pompis, introivit in atria sancta Religionis die 3 maii anno 1674; Hostiam per solemnem professionem Domino se obtulit die 4 eiusd. mens. ann. seq. 1675, et die 12 ianuarii anno 1676. Sacrum velum recepit e manibus R. P. Ioannis Chrysostomi praeposit. Gen.lis Italicae Congregat.

Ad fundationem postea monasterii Regii-Lepidi anno 1689 assumpta, ibi priorissae munus gessit. Quo expleto, ad suum Mutinense asceterium rediit, ubi donis coelestibus semper cumulata, cum fama eximiae Sanctitatis obdormivit in Domino die 24 februarii anno 1722 aetatis suae 79.

Eius venerab. Corpus quiescit nunc (1827 die 9 ianuar.) in ecclesia olim Carmelitarum Congregationis Mantuae.

Scripsit italice:

Instructiones pro Novit., Epistolas et Monita Spiritualia etc.

« Quae omnia una cum Vita eiusd. Venerab. Matr. edidit Mediolan. an. 1754 Typ. Caroli Iosephi Ghislandi iam citatus P. Fridericus a S. Antonio etc. »

38. Maria-Magdalena a S. Augustino

In saeculo dicta Coecilia, natione Sicula, nata Panormi die 28 ianuarii anno 1611, ex Placido Fardilla principe Pacechi atque marchione S. Laurentii, et Anna-Maria de marchionibus Villenae. Blandientis saeculi lenocinia spernens, reiectis mundi pompis ac vanitatibus, in monasterio Panormitano SS. Annae et Teresiae Teresianum habitum induit die 22 iulii anno 1635. Post annum expletum tyrocinii, Deo totaliter se consecravit, solemnioribus votis emissis.

Molestissimos deinceps animi cruciatus, varia tentationum certamina, assiduas spiritus ariditates, multiplicesque angustias, quibus Deus animam eius purgavit, invicta patientia ac fortitudine toleravit. Ad altissimam deinde contemplationem evecta, in mundo extra mundum in corpore extra corpus vivere videbatur; virtutibus heroicis clara, monasterium suum sexies gubernavit, insigni prudentia, charitate, regularis observantiae zelo, omnium sibi et aexistimationem et venerationem conciliavit. Discretionis spirituum dono excelluit, quo mulierculam quamdam daemonis astu illusam, et mirabilibus signis falso proclamatam, detexit. Monasterium suum in locum commodiorem transtulit: demum meritorum et dierum plena, ad coelestem Sponsum evolavit die 20 novembris anno 1694. Eius cadaver, ad quod innumerabilis populus ob Sanctitatis famam confluxit, suavissimum efflavit odorem, sicut et cellula in qua obiit.

Scripsit italice:

1. *Historiam Fundationis et Translationis Monasterii sui Panormitani sub Titulo S. Teresiae.*
Venetiis anno 1673.

2. *Reflexiones in Regulam et Constitutiones Ordinis Nostri. MSS.*

3. *Exhortationes Domesticas. MSS.*

« Quas citat Blasius a Purificatione in eius vita, lib. 2, cap. 6, pag. 131, lib. 3, cap. 9, pag. 258 — cap. 11 pag. 265 — cap. 18 pag. 315 etc.

« Praeter hunc Blasium laudat eam Ioannes-Paulus ab Epiphania in epistola nuncupatoria, quae affigitur libro inscripto: *Cygnus moriens*, et in panegyricis pag. 235. »
(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 287).

39. Maria-Magdalena a SS. Sacramento

Patria Ianuensi ex nobili familia Sanguinetti nata anno salutis 1594 die 24 martii. Inter moniales Cremonensis monasterii, solemnem emisit professionem anno 1614. Ipsa fuit una ex tribus Bononiensis coenobii sub titulo S. Gabrielis fundatricibus, in quo ad videndum Deum in terra viventium, pia Virgo divini amoris incendiis exaestuans, saeculum reliquit die 16 ianuarii anno 1656.

Scripsit italice :

1. *Tractatum supra Orationem Dominicalem. MS.*
2. *Affectum pium in Nativitate Christi. MS.*
3. *Cantiunculas duas expressivas Amoris, quo ardebat in Deum. MS.*

« Haec MSS. asservantur in Archivio praedicti Monasterii. »

(Ita Paphael Sopranus in cathalogo script. Ligurum ; et Augustinus Oldoinus in Athen. Ligust. pag. 418.)

40. Maria-Valeria a Cruce

Bononiensis in saeculo Lucretia filia Illmi Dni Aloysii Orsi, et Illmae Dnae Valeriae Ghislandi. Solemnem professionem emisit die 3 februarii anno 1623.

Obiit Bononiae actualis priorissa die 5 martii anno Domini 1668 aetatis 63.

Scripsit italice :

Vitam supradictae Venerab. Matr. Mariae-Magdalenae a SS. Sacramento.

« MS. extat apud moniales praefati monasterii. »

(Ex Necrologio illius coenobii).

41. Marianus a Jesu

In saeculo vocatus Dominicus Benenatus Messanae in Sicilia ortus. Cum decimum-nonum aetatis annum complesset, Panormi in conventu S. Erasmi die 24 decembris anno 1629, Religionis habitu indutus est, ibique anno sequenti solemnem professionem emisit. Emensis summa cum laude studiorum cursibus gravioribus ac praecipue Divinis litteris totum se dedit regularibus observantiis, ac virtutum omnium cultor eximius, novitios, quorum magister fuit, tum verbo, tum exemplo efficaciter ad perfectionem promovit.

Conventum Messanensem S. Alberti fundat. 26 mart. 1635 summa prudentia, charitate, ac vigilantia rexit, summaque pietate. E vivis sublatus est in eadem Messanensi civitate in conventu vero S. Mariae Gratiarum (fundat. die 19 maij ann. 1619), omnium moerore, anno Redemptionis nostrae 1684.

Scripsit, latine :

Commentaria in totam veteris testamenti sacram scripturam Beatissimae Virgini accomodata in XIII tomos distincta in 4. MSS.

« Quae olim in Bibliotheca coenobii nostri Panormitani S. Mariae de Remediis asservabantur, sed postea ad conventum nostrum Messanensem S. Mariae Gratiarum fuerunt translata ».

(Martial. a S. Io: Bapte, pag. 288. — De Williers Tom. II suae Biblioth. Carmel. pag. 358, N. 63).

42. Marius a S. Francisco

Belga. — Edidit, Flandrico sermone:

Instructionem vitae spiritualis.

Auterpiae Typ. Cnobbaer anno 1658 in 16.
(De Williers ut supr. pag. 359, N. 66).

43. Martialis a S. Joanne Baptista

In saeculo Joannes Lacombe appellatus ex piis et honestis parentibus Tutelae, apud Lemovicenses ortus, Lemovicis Teresianum habitum induit. Excellenti et immenso praeditus ingenio, atque summa morum affulgens integritate lectorem, prioremque saepius egit, definitorem quater aut quinquies, semel provincialem, visitatorem generalem Parisiensis et Armoricae provinciarum. Diuturna ex annorum plurium aegritudine miram expertus patientiam, quam suis consodalibus imitandam reliquit, ad feliciorem vitam avolavit Burdigalae in coenobio S. Ludovici die 1 junii septuagenarius anno 1736.

Opus Ejus editum, latine, inscribitur:

Bibliotheca scriptorum utriusque Congregationis et sexus Carmelitar. Discalceator. collecta et digesta per P. Martialem a S. Joann. Baptista etc.

Burdigalae ex Typ Petri Sejourne anno 1730 in 4.

Illmo ac Rmo DD. Carolo Francisco a S. Joanne a Cruce, Vasconi, jam praeposito generali Italicae Congregationis postea Episcopo et comiti Albensi nuncupata,

(De Williers. Tom. II. suae Biblioth. Carmel., pag. 378, N. 71).

44. Martialis a S. Paulino

Natione Gallus provinciae Avenionensis alumnus, sacrae theologiae professor, prior Arelatensis anno 1653 deinde Avenionensis, postea definitor, et anno 1658 provincialis; ac tandem

XXVIII praepositus generalis Italicae Congregationis electus die 4 maij anno 1686. — Avenione obiit actualis generalis die 8 novembris anno 1687 aetatis suae 65.

Scripsit:

Orationem funebrem Stephani Cartier, quam habuit Istris Astromelae (quae oppidulum est Gallicae in Provincia) anno 1653 die 23 junii.

« Is Stephanus Cartier erat civis Istrensis qui Teresianis suam Domum testamento reliquit die 22 decembris anno 1652 ad coenobium erigendum, cujus possessionem acceperunt die 22 junii anni seq. 1653, jam ipso mortuo Stephano Cartier die 10 februarii eodem anno. De qua fundatione videndus est Ludovicus a S. Teresia in nostris Annalibus Galliae, lib. II, cap. 100 pag. 566 et seqq. ».

(De Williers ut supr. pag. 379, N. 72).

45. Martinus a Jesu-Maria

Natione Hispanus, sacrae theologiae lector Salmanticensis, prior Segobiensis.

Scripsit (et Ei simul manus praebuit Thomas a S. Vincentio) egregia doctissimaque:

Apologemata super origine et antiquitate Carmelitarum.

« Philippo IV regi catholico oblata ».

Matriti anno 1631 in folio hispanice.

« Et generali Inquisitioni Hispaniarum dedicata.

Quae Thomas Aquinas a S. Joseph inseruit dissertationi historico-theologicae ».

« Daniel a Virgine in Speculi Carmelitani Tom. I, pag. 324, N. 1330 vocat ea apologiam historiae propheticae, qua religiosus monasticus status sub tribus votis, et patriarchatus S. prophetae Eliae auctoritatibus PP. et Doctorum ac scriptorum plurimorum vindicatur ».

(Vid. De Williers Tom. II, suae Biblioth. Carmelit. pag. 387, N. 79).

46. Martinus a S. Ioseph

Patria Albacete in coenobio nostro Pastranensi professus. Fuit concionator eloquentissimus, quem Matritensi, Curia summis proeconiis extulit.

Edidit hispanice :

Sermones varios. Tom. I. in 4.

Matriti ann. 1651 et iterum ann. 1679.

« In nostro Toletano conventu asservatur quaedam historia S. Laurentii Martyris stylo poetico enarrata, cujus aucthor Martinus a S. Joseph imitatur seniorem Apollinarem, Gregorium Nazianzenum, Juvencum praesbyterum ot Aratorem diaconum.

« Identitas nominis hunc Martinum, eumdem esse cum concionatore Matritensi conjicit noster Martialis a S. Io: Bapta, in sua Biblioth., pag. 239, N. 19 ex eo quod etiam in Nova-Castella floruerit ».

(Vid. De Williers loco jam supr. citato N. 80).

47. Martinus a Martyribus

In saeculo doctor Martinus Miravela de Blancas advocatus fiscalis regni Aragoniae et regiae Majestati a Consiliis nuncupatus. Uxorem Illustrissimam Eleonoram Ximenez duxerat; postea communi consensu, illa facta est monialis Teresiana Eleonora a Misericordia vocitata (vid. superi. art. prop. N. 4): Hic vero Discalceatus Carmelita Coesar-Augustae anno 1603 admissus; eodem primo novitiatus anno die 25 augusti decessit.

Scripto :

De proeparatione ad mortem libro, in duas partes diviso.

« Martinum hunc commemorant Martianus a Matre Dei, in Gynnasio philosophiae Christianae, cap. 7. — Michael de la Nuza lib. IV vitae Isabellae a S. Dominico cap. 12. — Philippus a SS. Trinitate in vita Isabellae a S. Francisco nostri Martini a Martyribus Filiae » (vid. superi. art. prop. N. 146).

48. Martinus a Matre Dei I.

Natione Hispanus natus in Castello de Monegros, quod in provincia Tarraconensi positum est; Coesar-Augustae se religionis vinculis obstrinxit. Novitiorum magister, prior Abulensis anno 1612, postea Coesar-Augustanus et alibi, deinde suam Aragoniae provinciam rexit; tandem definitor generalis suae Hispanicae Congregationis florebat ad annum usque 1650, editque hispanico idiomate, quae pluribus vertenda forent linguis:

1. *Ars bene moriendi.*

Matriti 1628 in 16, deinde Tortosae ap. Gil. 1630 in 16.

2. *Las tres assistentes de Jesu:* hoc est *Paupertas Doctor et infamia.*

Coesar-Augustae anno 1654 in 8.

3. *Stationes sive praesidia eremitani Christi.*

Coesar-Augustae anno . . . .

4. *Arbitrium spirituale.*

Ibidem an. . . . .

5. *Cytaram Christipheram.*

Haec omnia Hispanice: ut monet Nicolaus-Antonius in Biblioth. Hispana Tom. II. pag. 85 et 665 et noster Martialis a S. Io: Bapta pag. 290 ».

49. Martinus a Matre Dei II.

Natione Navarrus (ut placet Ludovico Jacob in sua Bibliot., pag. 298), patria Pampilonensis prior Segobiensis atque definitor generalis suae Hispanicae Congregat., regularis observantiae amore necnon litterarum studio praeclarus.

Circa annum 1640, scripsit:

Gynnasium philosophiae Christianae. « Quod ipsi adjudicat noster Martial. a S. Io: Bapta, pag. 290 (sed. vid. De Williers, Tom. II. suae Biblioth. Carmelit., pag. 390, N. 86).

50. Martinus a S. Servato

Natione Belga. — Edidit Gallico idiomate libros inscriptos:

1. *Ethica Jesu Christi aut Christianae veritatis erutae ex mysteriis Incarnati Verbi.*

Namurci anno 1699 in 8.

2. *Conciones mysteriorum Verbi Incarnati.*

Ibidem 1698 in 8.

3. *Imitatio Beatissimae Virginis Mariae.*

Ibidem anno 1703 in 16.

4. *Repraesentatio gloriosa Augustissimae Matris Christi.*

Ibidem anno 1701 in 8.

5. *Pia methodus audiendi Missam.*

Ibidem anno 1703 in 8.

« Haec, stylo sicco, exhibet noster Martial. a S. Io: Bapta, pag. 290 ».

(De Williers Tom. II, suae Biblioth. Carmel., pag. 393, N. 92).

51. Matthaeus a S. Io: Baptista

Natione Allobrox in saeculo Joannes Laplace, Romae an. 1603 Teresianam vestem induit, et anno sequenti solemnem emisit professionem. Primus coenobii Meldensis die 13 novembris 1622 fundat. Prior constitutus egit, ut nostrae moniales Burdigala in Lotharingiam profectae, dum Meldis transirent in palatio Episcopali Hospitium reciperent, ubi et civitatis sumptibus vescerentur. Adfuit tertio Capitulo provinciali Parisiis celebrato anno 1625. — Obiit cum opinione sanctitatis Tolosae die 4 decembris anno Domini 1634. Vir pietate et eruditione praestans et in linguis italicis et hispanicis optime versatus. Ex italico sermone in gallicum transtulit:

1. *Sententiarum spiritualium circa vitam purgativam illuminativam et unitivam lib III.* « a Dominico a Jesu Maria Hispano jam Italicae Congregat. praeposit. Gen^li compositos ».

Parisiis ap. Mich. Sonnium 16?5 volum 3 in 12.

2. *Tres litteras Pastorales ad totam Congregationem directas* « ab eodem Dominico praeposito generali. — Tom. I in 16.

Ibidem anno 1624 ap. eumd. Typ.

3. *De Jubilaeo tractatum* « a P. Hieron. Gratiano compositum » *Hispanice et Gallice datum.*

4. *Vitam venerab. Fr. Francisci a Puero Jesu Carmelit. Discalc. laici Congregat. Hispan.,* compositam Hispanice p. Josephum a Jesu Maria Gallice redditam.

Ibidem eod. anno et Typ. in 8.

5. *Relationem Martyrii quorumdam Christianorum in Perside occisorum* « a patribus Carmelitis Discalceat. scriptam ».

(Ludovicus a S. Teresia in Annalib. nostris Galliae lib. I. Capp. 57 71 et 86, pag. 146, 191 et 226 et Isidorus a S. Ioseph lib. II. Histor. Gentis Congreg. Ital. cap. 7).

52. Matthaeus a S. Ioseph

Neapolitanus qui cum multos annos in Arabia Persiaque vixisset, id temporis tamquam futurus coadjutor Archiepiscopi christianorum S. Thomae, regionum Malabaricarum. eo missus

fuerat. — Hic autem, ut ingenti quadam plantarum scientia, atque experientia valebat, ita promptissimum sese ad nobilissimi Domini Wan-Reede desiderium adimplendum offerebat. Quippe qui tale quid, jam diu meditatus, Malabaricas plantas, cum viribus earumdem, in memoriae suae subsidium, manu propria descripserat. Sed cum figurae illae non satis accuratae, et absque ullo penicillo delineatae; nec essent tum peritissimi pictores, tum expertissimi Malabarici doctores, qui plantas depingi, describique exactius facerent, nobiliss. Wan-Reede curavit: usus opera Joannis Cenarii ecclesiastae in Cochin post P.Matthaeum, occupationibus ecclesiasticis summopere districtum. Hic insignis Missionarius obiit Cocini anno 1691, corpus ejus translatum fuit Verapolim, clarissimus P. Paullinus a S. Bartholomaeo (Wesdin) eam appellat *insigne decus Missionis Verapolitanae. Hanc periodum adjunxit Auctor Suppl.*

Titulus autem operis, est:

« Hortus Indici Malabarici pars IV. — De arboribus fructiferis horti Malabarici, latinis, Malabaricis, Arabicis et Brachmanorum caractheribus, nominibusque expressis; unacum floribus, fructibus, seminibus, naturali magnitudine ac perfectissimis picturis et ad vivum exhibitis etc.

« Per Henricum Wan-Reede et Draakestein, quondam Malabarici regni gubernatorem Joannem Muniski cum notis Joannis Comelini ».

Amstelodami anno 1683 in folio.

« Ita referunt aucthores actuum eruditorum Lipsiae, anno 1684, pag. 159 et seqq., ubi notant, quia reperit Henricus Wan-Reede per quam feliciter qui quod ipse per officia militaria, politicaque aggredi non poterat, id opus egregium in se susciperet, cum Matthaeum a S. Joseph ad suum desiderium implendum reperiit ».

(Martial, a S. Io: Bapta, pag. 290).

53. Matthaeus a S. Teresia

Natione Hispanus, patria Malacitanus, in theologicis disciplinis quas cum plausu docuit exercitatissimus Biatiense collegium aliosque provinciae suae conventus, religiosissime atque magna cum observantia rexit. Obiit autem Malacae anno 1721 relinquens librum praelo dignissimum, nempe:

De primo et secundo praecepto Decalogi. MS.
« Qui asserv. in collegio nostro Malacitano ».
(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 291).

54. Matthias a S. Arnoldo

Natione Bohemus, ex parentibus haeriticis natus Pragae sed ad Fidem catholicam conversus, apud nos professionem religiosam in coenobio Pragensi emisit anno salutis 1627. Deinde anno 1646 prior Herbipolensis ; tandem anno 1649 Pragensis concionator eximius. Vir integrae et spectatae virtutis atque solidae eruditionis fama illustris, omnibus charus, coelo maturus, aetate florens obiit Pragae die 21 septembris anno Dni 1649, relicto insigni opere, quod inscribitur :

1. *Sermones de Dei-para Virgine:* vel alio titulo (sicut refert Ludovicus Jacob).

Sacrae conciones pro Dominicis et Festis. MS.

« Quae asservant. in Biblioth. coenobii nostri Pragensis ».

2. Ex Hispanico idiomate, in Germanicam linguam transtulit :

Opera omnia S. M. N. Teresiae a Jesu (additis quibusdam scholiis).

Herbipoli Typ. Henrici Pigrin anno 1649 in 4. Tom 2 — et Coloniae sub initium saeculi XVIII. — Coloniae aliae hujus operis prodiere editiones 1683, 1708, 1709 — Ausburg. 1756.

« Quanquam subdubitat incertus noster Martialis a S. Io: Bapta, in sua Biblioth., pag. 291 ; an idem sit atque aucthor sermonum de Dei-para, quia concionator hic in juventutis flore obiit, qui difficili potuisset duo ista conscribere ».

3. Paulum Aresium *De Tribulatione* transtulit ex latino sermone in germanicum, si fides adhibeatur Ludovico Iacob. (Paulus autem Aresius ex familia Theatinorum ad sedem Derthonensem, in agro Mediolanensi positam, Episcopus factus est initio saeculi XVII).

4. Eodem Ludovico Iacob teste *Sacra Emblemata* parabat noster Matthias a S. Arnoldo, quando morte praeventus est. « Bohemos penes sit Carmelitas discalceat. et Germanos, « an duplex secernendus sit duplex Matthias a S. Arnoldo. »
(Vid. De Williers, Tom. 2 suae Biblioth. Carmel., pag. 405, N. 108).

55. Matthias a S. Francisco I.

Dictus in saeculo Didacus Hurtadus de Mendoza, ex Tarracona urbe Arragoniae. Professionem emisit Romae, die 28 februarii anno 1599. In Poloniam missus, primus conventus Cracoviensis prior, huius et aliorum eiusdem regni fundator praecipuus, eorumdem provincialis ac postea definitor generalis, tamdem VI. Italicae Congregationis praepositus generalis electus est, die 9 maii anno 1620, et denuo ob prudentiam, pietatem et doctrinam VIII. declaratus fuit anno 1626 die 5 maii. Obiit piissime Neapoli die 16 decembris, an. 1636, aetat. 59.

Edidit dum erat praepositus generalis:

1. *Ordinarium, sive Coeremoniale Nostrum.*
Romae multoties excusum.

2. *Epistolas Pastorales tres* (quae habentur in Collect. Mediolan. pag. 125 et seqq.)

« In 1. tractat de Motivis, quae capitulum generale ad provinciarum divisionem induxere. — De charitate erga religiosos hospites servanda, ac de multis religiosam pacem concernentibus. »

« In 2. probat cum simplicitate quomodo in electionibus procedendum sit. »

« In 3. plura recenset, ad promovendam pacem, concordiam et unionem necessaria. Plura etiam continet circa orationem, mortificationem et obedientiam. »
(Martial. a S. Io: Bapta. pag. 291 N. 28).

56. Matthias a S. Francisco II.

Ex parentibus in Riparia S. Iulii, in comitatu Novariensi natis Mediolani ortus est, et in sacris baptismi undis vocatus Matthias Reggius. Anno 1647 ad nostrum institutum convolavit die 7 iunii. In ipso adolescentiae flore maturitatem ingenii prae se adeo tulit singularem, ut ad omnia natus videri potuerit. Nam sacra praeter studia, in quibus excelluit, architectonicen, mathesim, medicam atque leges ita calluit ut admirationi esset universis. Cum vero Dei Verbum populis annunciandi munus suscepisset, magnam nomini suo peperit

famam. Conciones quadragesimales habuit primum in Foroliviensi templo maximo; deinde in Cremensi cathedrali, postea in Ecclesia SS. Apostolorum Venetiis. Mira praeditus memoria, atque intra unius anni spatium eloquentissimas panegyricas orationes quot et composuit et habuit? Verumtamen tantum virum annos aetatis suae 33 agentem mors nimis acerba in patria sustulit, die 5 octobris anno 1663.

(Ita ex Necrolog. Longobardiae Provinc. pag. 10).

Opera eius italico sermone titulum habent:

1. *Panegirici Sacri. Tom. I.*

Parma p. Mario Vigna 1660 e Bologna 1661 p. il Dozza.

Eius orationes praecipue panegyricae, quamvis robore et eloquentia polleant, tamen huius saeculi defectibus redolent, quibus omnes fere oratores italici hac aetate fuerunt obnoxii, quia nimis stylo hiperbolico, et metaphorarum luxu in verbo Dei praedicando utebantur. *Adnot. Auct. Supplementi.*

2. *Le Oscurità rivelate, cioè Quaranta Profezie, spiegate a favore di Casa d'Austria.*

Milano 1662 in 4.

« Hanc orationem brevissimo unius diei spatio compositam, publice dixit in templo Dei-parae ad Sanctum Celsum, Mediolan., tantique fecerunt eam huius aetatis auditores et primates, ut usque in Hispania delata fuerit. »

3. *Quaresimale ed altri Panegirici etc. MSS.*

« Quae MSS. asservabantur olim in archivio coenobii nostri Bononiensis. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 292. — De Williers, Tom. II, suae Bibliot. Carm. pag. 413 N. 114).

57. Matthias a Iesu-Maria

Patria Imolensis, provinciae Longobardiae alumnus. — Obiit actualis prior Ferrariae die 25 decembris anno 1717. (Iuxta Necrolog. huius coenobii, sed in Necrolog. provinciae ponitur eius mors die 28 decembr. ann. 1718 aetat. 63).

Edidit italice:

1. *Gloria Carmeli in Historia Seraph. Virg. S. M. N. Teresiae a Iesu.*

Mediolani ann. 1705 in 8. — Tom. 1.

2. *Narratio Historica prodigiosi Miraculi S. Mariae Cremensis.*
Ibidem eodem anno in 8. — Tom. 1.

3. *Devoti Affectus Animae ad Deum.*
Veronae anno 1704. — Tom. 1.
(Martial. a S. Io: Bapta, ut sup. loco citato).

58. Mauritius a S. Angelo

Natione Tuscus, patria Florentinus, sed Provinciae Germaniae alumnus.

Vir ieiuniis, vigiliis, orationibus ac cunctis misericordiae operibus intentus, atque sacrarum litterarum peritia celebris, nec non in linguis graecis versatus, et in lectione SS. Patrum consummatus. — Obiit Coloniae Agrippinae anno 1649, mense iunio

Opera eius inscribuntur :

1. *Vita S. M. N. Teresiae a Iesu,* « quae germanico idiomate fuit Coloniae excusa, cum Vitis Sanctorum a R. P. Petro Ribadeneira soc. Iesu Theologo, conscriptis. »
Coloniae Agrippinae ap. Io: Kinckium ann. 1630 in fol. edit.

2. *Favus distillans in ore SS. Patrum inventus, Mariae Nominibus ad S. Scripturae seriem digestis redundans: quo trecentis sexagintaquinque Meditationibus et Discursibus, (tot enim dies sunt in anno) Bmae Virginis Nomina, incipiendo a libro Genesis, explicantur et dilucidantur, iuxta proprietatem cuiusque Nominis.*

3. *Dilectus ex Dilecto Animae quaerenti illum a Sponsa demonstratus, descriptus, commendatus. Exegetice Paraeneticis theorematibus opus distinguitur.*

4. *Deliciae Meditantium, quibus Anima devota quotidie epulatur splendide: seu Meditationes de Sanctis et Festis propriae — De Tempore — De Passione Domini — Quatuor Novissimis, responsum Mortis a Deo Homini acturum et iam morituro.*

5. *Litaniae variae ex Sacris Libris, et SS. PP. collectae.*

6. *Sequentiae de Festis et Sanctis.*

7. *De Festis et Sanctis Anni praecipuis Hymnologium.*

(Martial. a S. Io: Bapta pag. 292. — De Williers Tom. II suae Bibl. Carmel. pag. 423 N. 123).

59. Mauritius a Cruce

Natione Gallus anno 1602 die 2 martii natus Barroduci (Gallice Bar-le-Duc).

Morum gravitate ac solitudinis amore a pueritia insignis, humanioribus litteris Virduni studuit, operam philosophiae dedit apud PP. Franciscanos Lugdunenses.

Peracto novitiatu in coenobio nostro Lugdunensi, ibique emissa professione die 12 septembris anno 1621, ac emensis deinde philosophiae ac theologiae studiis, sic in graeca ac Haebraica lingua, atque scripturarum sacrarum notitia profecit, ut plures sui temporis, tam pietate quam doctrina insignes viri, nihil adeo sublime, quam eius interpretationes et expositiones, ultro faterentur. Quinnimo et in collationibus publicis, tum circa res spirituales, apud Dnum de Liancourt interdum habitis, auditores omnes eius doctrinae profunditate, ac res difficillimas explicandi facilitate rapti, eius et scientiam et eruditionem admirarentur.

Dono contemplationis, humilitate summa, spiritu paupertatis, silentii tenacitate, austeritate poenitentiae, fervore charitatis et omnium exercitio virtutum emicuit.

In ultima infirmitate, muniendus Ecclesiae Sacramentis, tot vivae Fidei, firmae Spei, ardentisque charitatis igneos protulit actus, ut ad publicam satisfactionem, eius praetiosae mortis Historia typis mandata fuerit. Obdormivit in Domino, provincialem gerens, die prima decembris, anno Christi 1650, Parisiis.

« Quas in quibusdam voluminibus in 8. reposuerat elucubrationes invidit iuri publico humilitas eius heroica: eas etenim, morti proximus, igne concremari iussit; cui ut provinciali obsistere ausus est nemo. Attamen ad manus Gabrielis a Cruce carmelit. discalc. pervenit opus latine inscriptum:

Generalis Tabella Evangelica, in qua ex Verbis Evangelii exprimitur: — 1. Quis sit Dominus Iesus. —

2. Quae fecit. — 3. Quae docuit. — 4. Quae passus est. — Quomodo glorificatus.

« Sequentibus litteris designatur *A.* Matthaeus. *B.* Marcus. *C.* Lucas. *D.* Ioannes.

Illud sermone gallico donavit praememoratus Gabriel a Cruce, approbatum a theologis Parisiensibus anno 1654, tamquam ingeniose excogitatum, pulcherrime dispositum, et Ecclesiae non parum utile.

« Mauritii a Cruce vitam, compendioso stylo dedit Ludovicus a S. Teresia in annalibus nostris Galliae, Lib. II cap. 90 et 91, pag. 535 et seqq., ut refert noster Martialis a S. Jo: Bapta in sua biblioth. pag. 292. Qui et statim unum et alterum verbum profert de alio nostro religioso, cui nomen Mauritius a S. Matthaeo, vel a S. Martino, qui transtulit in gallicum idioma tractatum Thomae a Iesu: *De Contemplatione Divina,* praeloque subiectum, Leodii, 1675. in 8. »

(Vid. De Williers Tom. II., suae Biblioth. Carmelit. pag. 224 et 225, N. 125).

60. Mauritius a S. Teresia

In saeculo Ioannes-Baptista Ferrarii natus Cremonae, die 9 martii anno 1610.

In Mediolanensi nostro coenobio religiosam induit vestem, die 21 septembris 1625. et anno seq. die 22 eiusd. mensis, solemnem emisit professionem. Munus lectoris per sexdecim et amplius ann. summa cum laude exercuit, sicuti et prioris, atque definitoris et visitatoris generalis provinciae Poloniae. In capitulo generali Romae celebrato die 8 maii an. 1677, electus fuit XXIV. Longobardiae provincialis, ob promotionem, actualis provincialis P. Vincentii M.ae a S. Catharina ad dignitatem primi definitoris generalis. Fuit etiam a sacris confessionibus Ser.mae Mantuae Duciss. Matr. Imperatr. Eleonorae.

Piissime obiit Mutinae die 22 septembr. anno 1679. Vir ingenii dotibus praeclarus, pietate et zelo regularis observantiae insignis.

Scripsit:

1. *Epistol. Pastoral. ad Religiosos suae Longobardiae Provinciae.*

2. *Unum Tractat. Theologiae Mysticae. MSS.*
3. *Consultat. Vol. 2, in fol. MSS.*

(Quae MSS. asservab. olim Bononiae in archiv. Provinciae).
(Ex Necrolog. Mutin coenob.)

61. Maximilianus a S. Maria

Natione Belga, patria Mechliniensis in saeculo dictus Io:'Bapta Gaverelle, frater P. Norberti a Conceptione (de quo inferius) in Ordine nostro eruditione ac pietate clarus, lectoris, prioris, definitoris provincialis ac visitatoris generalis officiis laudabiliter functus est. Praecipuus fuit sacr. eremi Nethensis promotor anno 1689, ac in ea post mortem sepeliri voluit, quamvis Antuerpiae obierit anno 1717.

Edidit librum inscriptum :

Harpocrates Carmelitanus.

Coloniae anno 1681 in 8.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 293. — Vid. etiam De Williers, Tom. 2 suae Biblioth. Carmelit. pag. 427 N. 129).

62. Maximilianus a S. Maria Magdalena

Natione etiam iste Belga sed patria Tornacensis, Caroli d'Houyne in saniore consilio senatoris Frater Germanus. Vir generis splendore, morum integritate et eruditionis fama percelebris, theologus et vates egregius.

Circa annum 1654 metro eleganti composuit vertitque :

1. *Historias quotquot sunt in veteri Testamento.*

« Ut colligitur ex Tornaco Nerviorum, eruditi viri Andreae Catulli), Arch. Tornacensis pag. 103. »

2. *Carmen Latinum* in Tornacum, quod praefigitur liminibus Tornaci Nerviorum.

Editi Bruxellae.

« Ut animadvertit Vir clariss. Lenglet p. 413, Method. Histor. Tom. III. »

(De Williers Tom. II, Biblioth. Carmelit., loco iam supra citato).

63. Maximinus a S. Maria Magdalena

Natione Gallus provincia Campanus, patria Lingonensis, in saeculo Le-Gros, Philosophiae ac theologiae prior anno 1643 Mussipontanus, anno 1649 Attrebatensis, et anno 1650

Lingonensis. « De quo loquitur Ludovicus a S. Teresia in Annalibus nostris Galliae, lib. II, pag. 475 et seqq. »

Edidit gallice sub titulo :

Via ad Contemplationem. Tom. I, in 4.

Nancaei anno 1646.

64. Maximus a Iesu-Maria

Ex Pago Varisii Mediolanensis dioecesis ex illustri familia Besozzi natus die 2 decembris anno 1722. Vestem Teresianam induit Mediolani die 8 octob. 1739 et an. seq. die 9 eiusd. mensis solemnia dixit vota. Fuit Bononiae Lector et ista civitate fundator Accademiae theologicae, magister novitiorum Mutinae, prior S. Eremi Longobardiae provinciae anno 1775; Ferrariae anno 1778, et Placentiae anno 1787. Fuit etiam eximius concionator, consultor S. Officii, atque examinator synodalis. Accidentaliter (erat enim Placentini coenobii conventualis) obiit Varisii die 24 martii anno salutis 1796 aetatis suae 73 et mense.

Vir profundi ingenii, summae eruditionis ac Ciceronianae eloquentiae, necnon regularis observantiae rigidissimus custos.

Suppresso Nomine italice edidit Mutinae et alibi :

1. *Novena in onore della N. S. M. Teresa di Gesù.*
2. *Novena in onore del S. P. Giuseppe.*
3. *Novena in onore dello Spirito Santo.*

Reliquit MSS. :

Quadragesimal. — Exercitia Spiritualia. — Dissertat. Theologic. et Orat. Panegyric., atque Consultat. ad S. Offic. spectant. — Due Dissertazioni in difesa dell' Ortodossia di Ruffino recitate in Bologna.

(Ita ex Necrolog. Convent. Placentiae).

65. Maximus a Purificatione B. V.

Mediolanensis. Fuit lector, pluries prior, definitor, XXVI. Longobardiae provincialis, electus in comitiis Mediolan. habitis die 18 aprilis 1681, et in capitulo Bononiae celebrato die 5 maii anno 1691 XXIX eiusd. Provinciae declaratus moderator. Vir ob pietatem atque doctrinam principibus Aetestinis et Farnesiis summe charus. Obdormivit in Domino Mediolan. die 22 septembr. anno 1699 aetatis suae 66.

Edidit italice Parmae anno 1691, in 4.:

Vitam Sororis nostrae Teresiae-Margaritae ab Incarnatione (in saeculo dictae Princip. Catharina Farnesia) monasterii Parmensis sub titulo S. Antonii Patavini fundat die undecima martii anno 1635.

« Quam vitam sermone gallico donavit Eleazarus a S.ta. Delphina et Avenione anno 1694 praelo subiici curavit. »

Scripsit:

Litter. Pastoral. ad Religiosos suae Longobardiae Provinciae.

(Martialis a S. Io: Bapt., pag. 294. — Necrolog. Longobard. provinc pag. 6).

66. Mediolanensis Collectio Anonyma

« Continet *Lit. sive Epist. plurimas Pastorales Diversorum utriusque Congregation. Carmelit. Discalc. ac quorumdam Longobardiae Provincialium*, in duo Volumin. compactas. »

« Edita est italice quibusdam ex latino et hispan. idiomate translatis

Mediolani ann. 1671 et 1673 in 4.

67. Melchior a S. Anna

Natione Lusinanus. Lustrato primo hemispherio, saeculi pericula ac insidias vitare volens, apud Teresianos vitam religiosam professus, lectoris ac prioris muneribus egregie functus est.

Circa annum 1654 edidit patrio idiomate:

Chronicon Carmelitarum Discalceat. provinciae Lusitanae. Tom. I. in fol.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 294).

68. Melchior a Jesu

In saeculo dictus Iacobus du Laurent natione Gallus, patria Castel-novo in dioecesi Carnotensi gente patricia, natus die 2 februarii anno Dni 1606; filius Domini Du-Laurent, praesidis Castelli-novi, vatis Galli sua aetate celeberrimi. Religiosam inter nostros professionem dixit anno 1626 die 8 februar.

Novitiorum Nancoei magister, philosophiae ac theologiae lector Burdigalensis, Charentonensis, Lugdunensis, Parisiensis et Romae in seminario nostro S. Mariae de Victoria controversiarum. Anno 1647 socius capituli generalis dum provincialem gereret Ludovicus a Matre Dei, qui electus fuerat in conventu Charentonensi anno praecedenti 1646, in quo Carmelitae Discalceati prohibiti sunt ne doctrinam Yiprensis Iansenii tenerent, aut propugnarent. Hic Ludovicus a Matre Dei dum esset prior Parisiensis, conventus Aurelianensis fundationem inchoaverat ex commissione Ioannis Evangelistae a SS. Sacramento provincialis data anno 1638.

Anno 1653 noster Melchior a Jesu prior Melitensis a Ioachimo a Jesu-Maria Italicae Congregationis praeposito generali visitator provinciae Aquitaniae constituitur.

Anno 1658 prior Charentonius, vicarius provinciae Pedemontanae et visitator generalis provinciae Avenionensis. Tandem obiit Charentoni anno 1679 die 7 octobris.

Vir morum candore, vitae innocentia, regularis observantiae zelo, humilitatis demissione, vitae exemplo, ingenii excellentia, linguarum peritia et summa litterarum cognitione magnam venerationem adeptus in praetio ab antiquis nostris patribus habitus.

Scripsit theologus sane gravis, et philosophus praestans opera quae inscribuutur:

1. *De gratia et libero arbitrio tractatus MS.*

« Qui nunquam in luce prodiit Romae dictatus, in seminario nostro missionum anno 1652 quo Ludovicus de S. Amore circa quinque propositiones Jansenii defendendas versabatur, nostrum Melchiorem non nunquam invisebat, et aliquando hunc vocitans lumen ecclesiae magnum.

In suo Diario pag. 297, column. 1, linea ultima.

2. *De theologia mystico-scolastica* — Tomi tres in folio Gallice MSS.

« Nongentis et tredecim paginis simul contenti, ut refert noster Martialis a S. Io: Bapt., in sua Bibl. pag. 294.

3. *Explicatio Castri animae S. M. N. Teresiae a Jesu.* Tom. I. in fol. MS. Gallice. « MS. asservab. olim in coenobio nostro Rothomagensi ».

4. *Vita R. P. Juliani* (*) *MS.*

(De Williers Tom. II suae Biblioth. Carmelit. pag. 429, N. 134).

69. Melchior a S. Maria

Natione Hispanus theologus et concionator egregius. — Edidit hispanico idiomate :

Sermones quadragesimales. Tom. I. in 4.

Conchae anno 1635 Typ. Viader.

« Ita Ludovicus Iacob in sua Biblioth. Carmelit. MS. pag. 309. Ast Nicolaus-Anton. in Biblioth. Hispana, Tom. II. pag. 99.

« *Quaresma del Descalço Conchae 1635 in 4.* adjudicat religioso Toletano ex minoribus reformatis provinciae S. Joseph ».

(Vid. De Williers, Tom. II., suae Biblioth. Carmelitan. pag. 430, N. 135).

70. Melchior a Matre Dei

Hispanus natione regno Aragonensi, patria Turiasonensis praeclaris parentibus D. Joanne de Cassanate et D. Isabella de Rojas ortus. Matriti novitiorum habitu inductus; postea Pastranam transmissus, solemnem ibi professionem emisit an. 1590, 29 julii.

Ad studia deputatus in philosophicis ac theologicis disciplinis adeo perfectus ac consummatus evasit, ut a quocumque de iis interrogatus, haud secus prompte, exacte, ac dilucide responderet, ac si tunc materiam illam in libris pervolvisset.

Hujus viri excellentis copiam volens suae facere patriae Nicolaus a Jesu Maria Januensis (Doria) in Italiam cum primis exorientis Italicae Congregationis nostrae fundatoribus misit. Philosophiae praelector a Petro a Matre Dei tunc hujus illic Congregationis commissario apostolico designatur. Verum

(*) « Cognomento Ango patria Rothomagensis, Nicolai Ango Domin de-la-Cherre et Catharinae Chochon filius. Vestem Teresianam induit Parisiis anno 1653 die 26 decembris aetatis suae 21 ; postea professus die 17 januarii anno 1655. Vir vitae perfectione, virtutum amore, oratione, humilitate, patientia fide, innocentia, ac sanctitate illustris, qui hydropisi correptus Parisiis in coelum abiit anno 1663 die 12 januarii, cui stygmata supra pedes et pectus divinitus duobus mensibus ante obitum, stupente omnium confratrum coetu, reperta sunt ».

(Idem De Williers, Tom. II. pag. 206, column 1, lin. 21).

propter delicatam corporis habitudinem, continuos lectoratus labores sustinere non valenti, ipsi onus concionatoriae artis imponitur. Quod munus adimplevit tanta coelestis eloquentiae energia, ut tamquam apostolus haberetur.

Jam his sanctis ac piis operibus vacabat Neapoli an. 1605 cum socius Francisci a SS. Sacramento prioris ad primum capitulum generale Italicae Congregationis Romam accedens, in quartum definitorem generalem est electus.

Verum gravi correptus statim infirmitate, jussionem per Petrum a Matre Dei, qui ad Conclave (ob mortem Clementis VIII) electus confessarius mox erat recessurus, datam recepit ne migraret e vita, donec electione pontificis facta (Leonis XI Avuncul. Nri ven. P. Alexandri a S. Francisco) mutuis amplexibus sese in Dei amorem accenderant: quam jussionem Ferdinandus a S. Maria, tunc praepositus generalis Ei intimari per obedientiam fecit. Melchior obedivit praecepto: lethalis infirmitas, stupentibus medicis, cessavit: donec aliquot post dies, alio prorsus diverso morbo decumbere coactus, praecepto illo moriendi revocato, praedicens quod quinta infirmitatis die moreretur. Munitus quidem ecclesiae sacramentis, suam magno jubilo canticum Simeonis ingeminans, animam creatori reddidit anno praedicto 1605 die 17 maij, in vigilia Ascensionis Domini (*).

Varia ejus inter opuscula recensentur MSS.

1. *Rhetorica.*
2. *Dialectica.*
3. *Conciones* italico sermone.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 294 et seqq. — De Williers, T. 2. suae Biblioth. Carmelit. pag. 430 N. 186).

71. Michael ab Angelis

Natione Boeticus vir religione, pietate ac observantia insignis in evolvendis SS. Patrum documentis exercitatissimus, elucubravit circa annum 1655. Hispanico idiomate opus ad istructionem novitiorum inscriptum:

(*) Ioannes Caramuel in vita nostri ven. Dominici a Iesu Maria sub finem; ubi narratur « quod cum in conventu S. Mariae de Scala moreretur dictus Dominicus, quando noster Melchior illic ultimum exhalavit spiritum, raptus in ectasim vidit animam Melchioris ab ingressu suo magno sanctorum Comitatu in coelum conscendere ».

Disciplina monastica ex mente S. Bonaventurae, Hugonis a S. Victore, S. Vincentii Ferrerii et aliorum aucthorum placitis. Tom. I. in 4. MS. « quod asservatur in coenobio nostro Granatensi ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 297).

72. Michael a Christo

Natione Hispanus, in inferiori Vandalia natus, in Cordubensi nostro coenobio professus, summa ingenii atque doctrinae laude sacras litteras edocuit: plurimis Hispanicae Congregationis praelaturis, suaeque provinciae moderator insignis, procuratoris etiam generalis officio in Curia Romana fungebatur dum Metis, Nancoei in Lotharingiam veniret, informationem sumpturus juridicam de miraculis S. P. N. Ioannis a Cruce, qui eo multum procurante, in Album sanctorum transcriptus est et relatus a Benedicto XIII Pontif. Max. die 26 decembris anno Domini 1726.

Praelo dedit hispanico idiomate:

1. *Epistolam Pastoralem ad suae provinciae religiosos.* Hispali anno . . . .

« Quae ob sermonis gravitatem ac sententiarum elegantiam summo plausu fuit excepta ».

2. *Summarium indulgentiarum Ordinis nostri.* Ibidem anno . . . .

3. *Commentaria in Consilia S. M. N. Teresia a Jesu.*

4. *Plura alia* « Romae in sui officii gratiam scripta dicuntur, ut inquit noster Martialis a S. Io: Bapta, in sua Biblioth. pag. 297 et 298 ».

73. Michael a Cruce

Vir tum in divinis, tum in humanis litteris praestantissimus, natione Hispanus.

Scripsit quoddam opus sacrarum ac prophanarum litterarum eruditione plenum, quod custoditur in conventu nostro Civitatis Regiae.

(Martial. a S. Io: Bapta, ut supra loco citato).

74. Michael a S. Ioseph

Natione Hispanus patria Calatayuensis, seu Bilbilitanus professus Pastranae; sed superiorum jussu provinciae Aragoniae

cooptatus, edidit hispanice librum stylo concionatorio cui titulum apposuit:

Idographia ut Christianus tuto possit mundi pelagum navigare.

Caesar-Augustae anno 1670.

(Martial, a S. Io: Bapta, ut supra).

75. Michael a S. Maria I.

Natione Boeticus, qui reliquit in conventu nostro Biatiensi opus hispanice scriptum cui titulus est — *Ducatus interior.* Tom. 2 in 4.

(Martial. a S. Io: Bapta, ut supra).

76. Michael a S. Maria II.

In oppido de Lezera in Aragonia natus, rigidae poenitentiae ac eruditionis vir, sepientium hominum amantissimus Moecenas, pluribus praelaturis meritissime functus, ad supremum generalatus apicem evectus in sua Hispanica Congregatione, plurima reliquit successoribus aemulanda vestigia.

Obiit pietate insignis Pastranae anno Redemptionis nostrae 1712.

« Piam et hortatoriam scripsit ad suam Congregationem *Epistolam Pastoralem* quae Typis mandata est Matriti anno 1710 ».

(Martial. a S. Io. Bapt., pag. 298).

77. Michael a S. Petro

Natione Hispanus patria Giennensis in Vandalia superiori; in regio coenobio nostro Granatensi Deo se Sacramento religionis addixit; pietate insignis, in divinis scripturis eruditus, ac in ejus enodandis obscurioribus locis assidua meditatione deditus fuit. In collegiis Giennensi, Malacitano ac Biatiensi philosophiam, ethicam ac theologiam summa claritate ac ingenii acumine docuit, eaque collegia diligentissime rexit: nec minori prudentia provincialis ac definitoris generalis muneribus functus est.

Scripsit:

1. *Epistolam Pastoralem* ad suae provinciae ascetas

« in qua Isidori Pelusiotae, Ambrosii, Hieronymi ac Augustini vestigiis insistens divinas scripturas familiariter interpretatur ».

2. *Quaestiones quasdam in Sacram Scripturam* — « quae in praedicamentis Biblicis continentur. Quibus epistolam nuncupatoriam adjecit ».

3. Moliebatur anno 1730 opus grande ac inscriptum:

Scientia vocis, complectens modos musicos enarrandi Carmina scripturarum in concordi peritia utriusque foederis et concordia utriusque juris.

« Utrum ad extremam manum perduxerit id operis nescire fatemur ».

(De Williers suae Biblioth. Carmelit. Tom. II, pag. 461, N. 168 ».

78. Michael a S. Philippo

Gravioribus in Bavarica provincia sua probe functus muneribus ter Ordinis definitor; ac demum LI. Italicae Congregationis praepositus generalis renunciatus die 9 maij anno 1767. Secundo nondum expleto praefecturae suae anno, ad superos evolavit die 20 februarii anno Domini 1769 Romae in conventu generalitio.

Scripsit:

Litter. Pastoral. ad universam Ital. Congregat.

79. Michael a Regibus

Natione Hispanus plures reliquit libros concionatoribus non mediocriter utiles, qui MSS. servantur in collegio nostro Burgensi ubi obiit anno 1689.

1. *De Christo.*
2. *De Ejus Sanctissima Matre.*
3. *De Coelitibus.*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 299).

80. Michael a SS. Trinitate

Natione Boeticus patria Biatiensis, nobilissimis parentibus anno 1588 progenitus, cum 18 ann. ageret in regio Granatensi nostro coenobio religiosae militiae nomen dedit. In collegiis suorum sodalium Astigitano et Biatiensi tum philosophiam tum theologiam maximo discipulorum proventu docuit; ad

complutense itidem collegium, superiorum jussu translatus est. Superior ipse ann. 1654 provinciam suam Boeticam bis ministravit et Biatiae decessit anno 1661.

Vir summopere acceptus Emo Cardinal. Baldassar. de Moscoso et Sandoval ut aliquando dixerit iste purpuratus: « Si adesset generale Concilium indubitanter cogeretur P. Michaelem a SS. Trinitate secum adducere, ut adstantes instrueret ». — Et semel coram coetu venerabilis collegii Biatiensis idem Cardinalis dixit: « O Pater Michael, quam majori decentia tecum essent, quae Me-circumstant vestimenta Cardinalitia! unus vestitur, sed alteri debetur ».

Scripsit:

1. *Logicam seu Commentaria logices.*

« Hispanis Gallis et Germanis non semel excusa Typis ».

« Cum autem Antonius a Matre Dei alium cursum exarasset utriusque consulere volentes superiores, ex duobus unicum confici curarunt cursum complutense: cujus logica nostrum Michaelem a SS. Trinitate habet aucthorem; Antonii autem a Matre Dei commentaria in libros physicorum et de anima servantur in collegio nostro Biatiensi ».

2. *Conciones varias ab ipso pronuntiatas, in folio.*

« Et alia quae temporis injuria obliterata creduntur ».

(Martial. a S. Io: Bapta ut supra loco citato. — De Williers Tom. II, pag. 463, N. 174).

81. Michael-Angelus a S. Francisca

Natione Gallus provinciae Lugdunensis (vel potius Avenionensis) in philosophicis ac theologicis disciplinis eruditus concionatoris munere egregie functus, prioris, definitoris provincialis ac visitatoris generalis officiis clarus.

Edidit Gallice:

Vitam sororis nostrae Franciscae a S. Joseph. Defunct. anno 1669.

Ludguni anno 1688 in 4.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 299).

82. Michael-Angelus a S. Ioseph I.

Natione Italus anuo 1661, Italicae Congregationis secundus definitor generalis.

Edidit Italice:

De Partu Virginis — Lib. I. in 12.

Neapoli anno 1650.

(De Williers Tom. II. suae Biblioth. Carmelit., pag. 432, N. 138).

83. Michael-Angelus a S. Ioseph II.

Provinciae Neapolitanae alumnus. — Edidit:

Carmen de Peste L. I. in 4.

Neapoli an. 1682.

« Ea grassante inter charitatis officia mortuus est ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 300).

84. Michael-Franciscus a S. Io: Baptista

Patria Cremonensi ex Marchionibus Rodeschini. Obiit in patrio coenobio die 9 junii anno Domini 1727 aetat. suae 54,

Paulo ante Ejus obitum edidit Cremonae:

Vitam S. P. N. Joannis a Cruce.

Reliquit MSS. *Quadragesimale* (praelo dignum) *Exercitia spiritualia etc.*

(Ex Necrologio Longobardiae provinciae pag. 32).

85. Modestus a S. Amabili

Natione Gallus Riomi in Arvernia natus. Peractis humaniorum litterarum studiis, totum Deo per solemnem professionem se consecravit. Ad philosophiam ac theologiam perdiscendam missus, pietatis cultum cum scientiarum notitia jungere studuit. Ex disciplo magister factus, easdem facultates in sua Aquitaniae provincia perdocuit. Mox Claromontanus ac post Riomensis prior, definitor provincialis, vicarius generalis Illmi ac Revmi DD. d'Arbouze Episcopi Claromontani invitus ac renitens quantum potuit, cunctis ob pietatem et eminentem scientiam longioris vitae desiderium relinquens, obdormivit in Dno Claromontii anno 1684.

Scripsit opera quorum tituli, sic inscribuntur:

1. *Monarchia sancta, historica, cronologica ac genealogica Franciae* seu *vitae sanctorum, ac beatorum et qui sanctitatis fama floruerunt;* qui, aut quae ex tribus stirpibus regiis Franciae prodierunt a R. P. Dominico a Iesu latine composita a R. P. Thoma Aquinitate a Ioseph perfecta, notisque

marginalibus illustrata ac a R. P. Modesto a S. Amabili ex latino in gallicum idioma translata Tom. tribus in folio.

« Quorum duo tantum tomi, propter aucthoris mortem editi sunt scilicet I. anno 1670, II. anno 1677, uterque Claromontii in folio continent hi duo tomi vitas centum et octoginta quinque ».

2. *Idea perfecti obedientis* seu *ars obediendi.*
Ibibem anno 1671 in 4.

3. *Idaea perfecti superioris* seu *ars imperandi.*
Ibidem anno 1679 in 4.

4. *De tribus officiis boni praesbyteri* ex Conciliis, SS. Patribus, theologis, ac sanctorum exemplis.
Lugduni anno 1671 in 4. et denuo.
Ibidem an. 1679 Tom. 3 in 12.

« Magna pecuniae summa fuit P. Modesto a S. Amabili oblata, ut suum supprimeret alienumque nomen huic operi praefigi pateretur: quod vir eruditus sapientissime renuit ».

5. *Homiliae quatuor pro singulis totius anni Dominicis.* Tom 3 in 8.
Claromontii annis 1679 et 1680.

6. *Vita, doctrinae sublimitas S. P. N. Joannis a Cruce.*
Tertia editio prodiit Claromontii anno 1682.

7. *De paupertate et castitate religiosa.*
Lugduni anno 1682 in 4.

8. *Theologia Thom. Augustiniana seu Carmelitana* hausta e purissimis fontibus SS. Augustini et Tomae Aquin., (latine). Tomus I. — *De Deo uno* — edit.
Lugduni anno 1684 in 4.

« Dum Tom. II paratum habebat — De Deo trino — quando diem extremum clausit ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 300. — De Williers, Tom. II, suae Biblioth. Carmelit., pag. 465, N. 178).

86. Modestus a S. Gregorio

Neapolitanus philosophiae ac theologiae professor, diversis in locis prior, ac anno Christi 1658. Neapolitanae provinciae primus definitor. Vir in Italica Congregatione valde celebris, et cui religiosa vita nec-non eruditio profunda nomen peperunt immortale.

Scripsit quae post Ejus obitum prodiere.

1. *Tractatus varios in universam theologiam.* T. 2. in folio.

Neapoli anno 1671.

2. *Commentaria in Sacram Scripturam.* MSS.

3. *In methaphysicam* « opus absolutum ». MSS.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 301. — De Williers, Tom. II. suae Biblioth. Carmelit., pag. 465, N. 179).

87. Modestus a S. Ioanne Evangelista

Natione Bohemus, natus Pragae die 24 septembris anno Domini 1658 in saeculo dictus Ioseph Camel, vir in omni disciplinarum genere versatissimus.

Edidit Germano idiomate, opera inscripta:

1. *Opera S. P. N. Ioannis a Cruce in 4. — cum compendio vitae ejusdem.*

Pragae 1697.

2. *Epistolae S. M. N. Teresiae a Iesu omnes* « cum notis Illmi ac Rmi DD. de Palafox, et cum aliis Petri ab Annuntiatione Carmelit. Discalc.

Coloniae anno 1701 in 4.

3. *Orationes panegyricas.* Latine

Pragae anno 1702 in 4.

4. Tractatus centuplus Agri coelestis seu:

Conciones de Beatissima Virgine et de Sanctis. — Germanice.

Ibidem anno 1706 in folio.

5. *Elucidatio litteralis moralis et anagogica in Traenos Ieremiae.* Latine.

Ibidem annis 1715, 1716 et 1719. Tomis tribus in folio.

« Quartum tomum praelo parabat anno 1727 ».

6. Transtulit quoque ex Italico in Germanicum idioma librum:

De reformatione hominis — compositum a R. P. Simone a S. Paulo Longobardiae provincial. quem edi curavit.

Francofurti anno 1703.

« Notandum hic est, opera quae Num. 1 et 3 memoravimus, adjudicari cuidam Discalceato Carmelitae Modesto a S. Ioanne-Baptista.

« Verum suspicatur P. Martialis a S. Io: Baptista in sua Bibliotheca, pag. 302: Hunc esse eumdem ac Modestum a S. Ioanne Evangelista nostrum, tamen per incuriam in aliquibus monumentis dictum Modestum a S. Io: Baptista: maxime cum patria, tempus, quo vixerunt, editioque operum fere omnium id suadere videantur ».

(Ita De Williers, Tom. II. suae Biblioth. Carmelit. pag. 466, N. 180).

1. Narcisus a S. Dominico

Patria Perpinianensis, philosophiae ac theologiae professor, prior Cadurcensis, et postea Tutelensis. Obiit Perpiniani ubi edidit :

Orationem in Laudem Ludovici XV. Galliarum Regis, anno 1722.

(Martial. a S. Io: Bapta pag. 302).

2. Nazarius a S. Anna

Patria Mediolanensis, philosophiae ac theologiae praelector, pluries prior, definitor, concionator eximius et LVIII. Longobardiae provincialis electus in comitiis Mediolani habitis die 6 maii anno 1775. Diem obiit Bononiae plenus dierum et bonorum operum mense octobris anno 1778 aetat. 69.

Vir indefessi laboris in legendo et scribendo, qui plura benigne pro Bibliotheca Bononiensis coenobii adornanda et dotanda pro librorum emptione suppeditavit monumenta.

Scripsit :

Litter. Pastoral. ad suos Longobardiae Provinciae subditos..

Reliquit *Quadragesimal.* praelo dignum et var. *Tractat. Theologic.*

(Ex Necrolog. Bonon. Coenob.)

3. Nicasius a S. Teresia

Natione Belga patria Tornacensis, dictus in saeculo Nicasius la Fosse. Vestem Teresianam Coloniae induit anno 1618, et Tornaci obdormivit in Domino die 5 augusti anno ipso 1642, quo edidit gallice :

Epitome Quaestionum curiosarum Theologicarum et Moralium.

(Tornaci anno 1612 ap. Adrianum Quinque Tom. 1 in 4).
(Martial. a S. Io: Bapta, ut supr. loco citato).

4. Nicolaus a S. Catharina

Natione Gallus, provinciae Parisiensis, sacrae theologiae lector, prior an. 1650 Abbavillensis et anno 1652 Rothomagensis; definitor provincialis an. 1655 ac visitator generalis; atque anno 1664 missionarius apostolicus pro catholicis nationis Gallicae et Gallo-Belgicae Amstelodami. Vir pietate sinceritate et eruditione clarus. — Obiit anno . . . .

Scripsit:

Quaestiones factas Uscano Vardapeto Erevanensi Episcopo S. Sergii in Magna Armenia, circa Ritus antiquos Ecclesiae Armenorum — De Eucharistiae Sacramento et Transubstantiatione.

« Quas edidit cum responsionibus praefati Episcopi Armeni; eruditissimus et in hac parte per omnia laudandus Petrus Nicollius Lib. XI Perpetuitatis Fidei Catholicae Ecclesiae adversus Claudium Ministrum defensae. »

(De-Williers, T. II, Biblioth. Carmelit. pag. 483, N.° 15).

5. Nicolaus a Conceptione B. V. I.

Natione Hispanus, patria Metymnensis del Campo, natus anno 1573 die 2 octobr.

Emenso Vallisoleti studiorum curriculo Romam venit, ubi variis Curiae negotiis occupatus est: sed vocanti Deo obtemperans inter Teresianos vestem religionis induit anno 1598 die 6 decembris et vota dixit anno seq. die 8 decembr.

Tanto spiritus fervore mandatorum atque consiliorum viam cucurrit, ut adhuc novitius miracula merito Fidei et Obedientiae operatus fuerit.

Unum retulimus dum Melchiorem a Matre Dei laudavimus (vid. superius artic. propr.) alterum saltem mirum contigit, cum Neapolim una cum R. P. Generali et aliis pedes ageret. Cum enim in media pene defecisset via, viribus exhaustis, genuflexus R. P. Generali dixit: « Impera, Pater, ut redeant vires, et iter prosequi valeam ». Imperans praepositus generalis iuxta Fidem rogantis, sic vires restitutae sunt, ut nullam deinceps usque Neapolim fatigationem senserit.

Missus in Belgium, prior diversis in locis extitit, novitiorum magister, provinciam illam bis gubernavit, et observantia regulari ac conventuum multiplicatione promovit. Definitor deinde atque anno 1631 post obitum R. P. Ferdinandi a S. Maria praepositi generalis, vicarius ipse generalis per annum constitutus, eximia usque ad mortem, omnium virtutum exempla praebens, post diuturnam infirmitatem, plenus dierum ac bonorum operum, cum magna sanctitatis fama Romae fata mortalitatis solvit die 11 novembris anno Dni 1640. — Scripsit:

1. *Epistolam Pastoralem ad totam Italicam Congregationem.*

Romae ann. 1631 ap. Ludov. Grignan in 8.

2. *Epitome Historiae S. Benedicti et de illius Ordinis praestantia. — Gallice.*

Bruxellis ann. 1656 in 4.

(Martial. a S. Io: Bapta pag. 303. — De Williers, Tom. 2, etc. pagina 484, N. 16).

6. Nicolaus a Conceptione II.

Natione Belga, supprior Deserti S. Iosephi Marliani; postea ann. 1655 et 1658. Prior Namurci electus: vir magnae pietatis parisque mortificationis sequax ac in lingua hispanica et gallica versatus. — Obiit Leodii anno 1660.

Ex hispanico in gallicum vertit idioma:

Epitomen Sacrum et Historicum S. Benedicti eiusque Solemnitatum atque Magnitudinum Ordinis S. Benedicti.

« A Iacobo de Almeyda Ordinis sui concionatore generali et Ordinario conventus S. Martini Matritensis confectam et Bruxellis editam ap. Io: Monmartium ann. 1656 in 4.

(Ita Ludov. Iacob in sua Biblioth. Carmelit. MS., pag. 318, huius Epitome aucthorem distinguens a praecedenti Nicolao Hispano, cui eam adiudicat noster Martialis a S. Ioan. Bapta, tamquam eius unicum opus).

(Vid. De Williers, T. 2, etc. pag. 475, N. 17).

7. Nicolaus a Iesu

Natione Polonus, Nicolai Epaki magni procuratoris in aula regis Sigismundi III. filius. Indole felicissima ac ingenio adeo

subtili fuit praeditus, ut puer adhuc in Accademia Cracoviensi philosophiae rudimentis navans operam, nedum condiscipulos superaret, sed ipsum saepe magistrum suis argutiis intricaret.

Cracoviae habitu nostrae Religionis indutus, tanto perfectionis ardore arripuit iter, ut eximius eius magister Ioannes a SS. Sacramento ipsum caeteris Fratribus, ut modestiae ac innocentiae exemplar proponeret. Exercitatus in obedientiae simplicitate, in sensuum mortificatione ac rigore monastico, etsi delicata complexione cucurrit ad bravium Religiosae Professionis, quam laetus emisit die 16 octobris anno Dni 1611.

Anno sequenti a Venerab. P. Angelo a Iesu Maria Romam ductus, primas vidit Italicae Congregationis columnas, sub quorum disciplina in theologia mystica instructus, Ianuam ad studia scholastica missus est, in quibus prae ingenii subtilitate et soliditate ita profecit, ut omnibus admirationi esset. Post haec in Poloniam remissus in conventu Lublinensi philosophiam primum deinde theologiam feliciter docuit; discipulos ignitis eloquiis, exemplis ad omnium virtutum praxim, ad B.mae Virginis cultum aeque ac ad studium continuo promovens. Morte violenta sublatus est veneno ut creditum est ab impia faemina necatus; praescius immaturae mortis ut in quodam eius scripto repertum est Sacramentis munitus quievit in pace die 5 octobris anno Christi 1627 aetatis suae trigesimo tertio Cracoviae ad Wistolam.

Scripsit:

Apologia de Perfectione Vitae Spiritualis.

Prodiit bis Romae, postea Parisiis, deinde Barchinone, anno 1629 in 4., postea Duaci ex officina Baltassaris Belleri anno 1630 in 4. et in 8., et Ianuae ann. 1653 ap. Benedict. Guaschi in 4.

« In prima editione inscribitur:

« Propugnaculum Religionum: sive Aurea Methodus se suaque omnia ad maiorem Dei Gloriam animae suae salutem, proximique aedificationem ordinandi; centum assertionibus devote solideque discussis, naturam Perfectionis Spiritualis demonstrans », et quasi propugnaculum omnium Ordin. Relig. maxime mendicant. exhibens.

In editione Duacensi simplicem habet hunc titulum:

Altare Incensi.

« Scripta fuit adversus Epistolam cuiusdam theologi ad aliquem scribentis Magnatem scire cupientem quomodo posset distribuere Bona sua temporalia ad pios usus, cum utilitate quam maxima Animae suae, et cui Ordini regulari unum e nepotibus suis vitae religiosae desiderio captum, deberet addicere. Dixi Apologiam, quam adversus epistolam huius Theologi scripsit Nicolaus a Iesu bis editam fuisse Romae. Nam statim distractis omnibus fere exemplaribus, iterum edita ibi est, in 4., anno 1628 — tertio in Hispania etc.

(Citatur in Biblioth. Telleriana pag. 181 Mum. 1339).

Alia praeclara ingenii sui Monumenta MSS. reliquit idem Nicolaus scilicet:

1. *Officium Desponsationis Beatissimae Virginis Mariae.*

« Ex canticis canticorum, et ex Psalterio S. Bonaventurae.»

2. *Tractatum — De procuranda Devotione erga B.mam Virginem.*

3. *Meditationes super Regulam Carmelitarum.*

4.. *Notas super Regulas, quas SS. PP. Elias et Eliseus suo exemplo tradiderunt.*

« Ut habetur Lib. III. et IV. Regum. »

5. *Notas super Regulam quam Rechab tradidit Rechabitis* (ex Ieremiae cap. 3).

6. *Notas super Regulam Essenorum,* ut habetur apud Iosephum et Philonem.

7. *Notas super Librum Institutionis Monachorum.*

« Qui ascribitur Ioanni Hierosolymitano. »

8. *Notas super Regulam quam Carmelitis dedit Albertus Hierosolym. Patriarcha.*

9. *Regulam Evangelicam ex Evangeliis omnibus Religionibus communem.*

10. *De Moribus humilis et Humilitatis.*

11. *Opuscula alia minora.*

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 363. — De Williers, Tom. II suae Biblioth. Carmelit. pag. 493 N. 27).

8. Nicolaus a Iesu-Maria I.

Natione Ligur ex nobilissimis parentibus Dominico Doria et Maria Doria natus est Januae die 8 maij anno 1539. A primis

adolescentiae suae annis pie educatus, humanioribus litteris instructus anno 1570 in Hispaniam navigans naufragium passus, multisque ex ejus Comitibus submersis, Bmae Virginis ope a periculo liberatus est. Hispali sedem fixit, ut negotiis saecularibus operam sedulo navaret: sed divino Numine inspirante, caduca respuens, et ad arctiorem vitam anhelans, theologiae primum scholasticae ac morali adeo diligenter incubuit, ut in his doctissimus evaserit; statum Ecclesiasticum amplexatus et ad Sacerdotii gradum provectus atque jure Canonico plene imbutus.

Res domesticas Hispalensis Archipraesulis inordinatas et fere deperditas tanta resarcivit prudentia, ut primaria aliqua Ecclesiae suae dignitate is Archiepiscopus Nicolaum Doria decorare voluerit: sed rebus animae suae cum Ambrosio Mariano frequenter in nostro coenobio Hispalensi disserens, totum animum ad coelestia convertit Nicolaus. Qui Matritum quorumdam negotiorum causa petens, Hispalim reversurus, Toletum pertransiit, S. M. N. Teresiae a Iesu suam vocationem nullius religionis expresso nomine manifestaturus. Tanta viri pietate ac prudentia rapta est sapientissima Virgo, ut rem se Deo commendaturam promiserit, optatumque finem consecuta est. Nam Hispalim reversus habitum nostrum accepit a venerab. P. Hieronymo Gratiano anno 1577 et tanta alacritate viam perfectionis arripuit, ut novitius fere quadragenarius suae summo mentis jubilo solemnem die 27 martii 1578 professionem emiserit.

Hic novus athleta velut sol refulgens, non multo post ob prioris absentiam Vicarius conventus electus, prior deinde Pastranensis partes titubantis reformationis agitatas mirifice sustinuit. Iterum coenobio Pastranensi praefectus anno 1580 introductam jam observantiam insigniter fovit. Anno 1582 accedens ad Capitulum Complutense primus definitor est electus ac provincialis socius in Italiam ad R. P. Ioannem-Baptistam Caffardum Ordinis totius magistrum generalem, officii praestandi causa missus. Januae a deputatis a Repubblica sex senatoribus et Andrea Doria germano fratre rogatus, ut ibi remaneret Archiepiscopi patrui sui coadiutor futurus patriam secreto reliquit.

In Hispaniam reversus iterum in Italiam delegatus, rebus strenue ac prospere gestis, Ianuae conventum nostrum S. Annae (die 1 decembris 1584) fundavit, et ibi mansit usque ad ann. seq. 1585. Tunc enim in Comitiis Ulyssiponensibus omnium consensu (duobus exceptis) absens provincialis electus est. Sed priusquam in Hispaniam navigaret, Romae pro sua Congregatione hospitium procuravit. A Clemente VIII olim amicissimo ut Archiepiscopatum Ianuensem, tunc vacantem acceptaret sollicitatus humiliter restitit, cum in Italiam tertio venit ut et consanguineis Cardinalitiam dignitatem procurare volentibus.

Perveniens in Hispaniam mense octobris ejusdem anni 1585 Capitulo provinciali Pastranae convocato die 17 huius mensis, conventus omnes jam stabilitos in sex provincias distribuit, quibus vicarios provinciales praefecit. Aliud deinde Vallisoleti anno 1587 convocavit in quo statutum fuit ut primum nostrum collegium in Complutensi coenobio erigeretur, ubi Longobardus a Spiritu Sancto primos suos sodales lector edoceret. Eodem anno Nicolaus de vicario generali provincialibus prae ficiendo consilium iniit, quod aucthoritate regia munitum summus Pontifex Sixtus V die decima julii hoc anno confirmavit. Cujus equidem Bullae lectionem suis definitoribus generalibus fecit Nicolaus Matriti die 25 novembris congregatis; qui Capitulum generale ad diem 19 junii anni sequentis Vallisoletanum determinarunt: ubi Nicolaus ipse primum in vicarium generalem electus fuit anno 1588 die condicta.

Generale Capitulum habuit Matriti annis 1590 et 1591. Sed anno 1593 ex sui officii debito, ad Comitia totius universi Ordinis Carmelitarum Generalia Cremonam cum sex aliis provincialibus petiit, in quibus obtinuit ex comuuni patrum consensu et applausu; quibus preaerat recens electus prior generalis Ioannes-Stephanus Chizzola, ut Congregatio Discalceatorum ab Antiquiori Carmelitarum observantia penitus amputaretur, et a reliquo Ordine separatim disjungeretur, sub hac conditione :

« Ut dicta Congregatio Discalceatorum vel ejus superiores « omnino in perpetuum non praesumerent accipere loca vel « conventus hujus religionis, etiam sponte a civitatibus, vel

« principibus, vel quibuscumque aliis his exhibenda vel offe-
« renda: quod si contrarium aliquando ipsos fecisse compertum
« foret, nulla esset et irrita ista concessio, et nullum jus
« omnino acquisitum Eis intelligeretur ».

Separatione ista et concordia confirmata per summum Pontificem Clementem VIII in diplomate — *Pastoralis officii* — quod die 20 decembris datum fuit eodem anno 1593, per illud Nicolaus praepositus generalis Carmelitarum Discalceatorum ibi nominatus, et in Hispaniam reversus, de convocando generali Capitulo ad diem festum Pentecostes proxime futurum, et in dicto diplomate designatum cogitavit. Timens vero ne in eo officio ad praedicta comitia confirmaretur; iis Matriti indictis, Segoviam transtulit ut sic regis et Nuntii Apostolici sollicitationibus obviaret, recedens interim in suorum sodalium eremum de Bloarque soli Deo, sibique vacaturus. — Imminente illius electionis faciendae tempore, ab ea Sacra Domo egressus, Complutum pervenit febre laborans: sed ab eo morbo religiosorum precibus liberatus, cum melius habere coepisset, intimata Ei summi Pontificis ac regis voluntate, ut capitulum non Segoviae, sed Matriti celebraretur; conjiciens haec ad suam in officio generalatus confirmationem tendere, ad B.mae Virginis Imaginem dixit:

« Quando quidem omnes apud Te negotiantur, o Regina Angelorum! Ego etiam in hac occasione negotiabor. Ne permittas itaque legis, quam feci, ne in hac tua familia sint reelectiones, me primum esse transgressorem ». Res mira! In hoc ipso momento sic invaluit infirmitas, ut sacrum Viaticum petierit. Transactis postea tribus aut quatuor diebus, recepto Estremae-Unctionis sacramento, animam suam Deo reddidit die nona maij anno 1594. Compluti ad amnem Henarez: hujus gloriam multis religiosis et monialibus venerab. praesertim Dominico a Iesu-Maria Deus manifestare voluit.

Scripsit:

1. *Tractatum de Cambiis.* MS. (quem ab Eo elucubratum fuisse « testatur Thomas a Iesu in elogiis relatus a Petro a S. Andrea) ».

2. *Epistolam Paraeneticam ad totam suam Hispanicam Congregationem.*
Matriti anno 1591 et alibi.

« Eruditione ac Spiritu Apostolico refertam ».

Item Ubedae ap. Dominicum de Ecclesia anno 1623 in 4.

3. *Constitutiones reformationis S. M. N. Teresiae a Iesu utriusque sexus. Anno 1591.* « Quibus prologum ad Moniales adjecit ».

4. *Epistolas varias.* « Quibus usus est Franciscus a S. Maria T. I et II. Historiae Reformationis eiusd. S. M. Taresiae ».

(Martial. a S. Io: Bapta pag. 304 et seqq. — De Williers, T. 2 suae Biblioth. Carmelit. pag. 495 N. 23).

9. Nicolaus a Iesu-Maria II.

Itidem Januensis ex illustrissima Centurionum familia ortus. In Hispaniam profectus studiorum causa, in Veteri-Castella monasticen professus est: Teresianum enim amplexus fuit Institutum in Pinciana Urbe: in Salmantino postea collegio theologum praeceptorem exercuit: summa prudentia conventus eumdem Salmanticensem, Piantianum et Abulensem rexit: generalis quoque definitoris, imo et provincialis gessit munera. Abulae obdormivit in Domino anno 1680 (si credamus nostro Martiali a S. Io: Bapta), si vero fidem demus Nicolao-Antonio in Biblioth. Hispana Tom. II, pag. 666.

Obiit Nicolaus Matriti anno 1660.

Scripsit:

Elucidationem Phrasium Mysticarum operum S. P. Ioannis a Cruce. (Hispanice).

Compluti ap. Ioan. de Orduna anno 1631 in 4.

« Quod opus in latinum transtulit Andreas a Iesu Polonus edique curavit ».

Coloniae anno 1639 in 4.

« Quoque Cyprianus a Nativitate idiomate Gallico donavit Parisiis ann. 1664 in 4. et adjecit ad calcem versionis Gallicae operum ejusd. S. P. N. Ioannis a Cruce.

« Ejusdem elucidationis laudabiliter meminit Illmus Dnus Iacobus Benignus Bossuet Meldensis Episcopus in Tract. 1 de Nova Quaest. Mystica in tuto, cap. 9 pag. 13 et alibi passim ».

MSS. ejusd. Nicolai a Iesu-Maria quaedam asservantur in nostro Abulensi collegio scilicet.

1. *Quinquaginta Incentiva ad virtutem.* — 2. *Nundinae*

spirituales. — 3. *Conciones 43.* — 4. *Consulta varia.* — 5. *Opera poëtica.*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 308. — De Williers Tom. 2, suae Biblioth. Carmelit. pag. 497, N. 29).

10. Nicolaus a Iesu-Maria III.

Patria Barensis e prosapia nobili Gerunda provinciae Neapolitanae alumnus; philosophus, theologus et concionator apostolicus in Italiae celeberrimis pulpitis famosus.

Circa an. 1672 scripsit:

1. *Vividarium casuum conscientiae. T. I in 4. MS.*
2. *Annual. MS.*
3. *Quadragesimal. MS.*

(Ita Nicolaus Toppi in Biblioth. Neapolitana, pag. 221).

11. Nicolaus ab Incarnatione

Natione Hispanus patria Zamorensis: praeter plura scholastica scripta, typis edidit Bullarium Carmelitarum Discalceatorum, sub hoc titulo:

Apostolica diplomata seu *privilegia fratrum Discalceatorum Ordinis Beatissimae semper Virginis Mariae de Monte-Carmeli,* primitivae observantiae tam ea quae antiquitus fuere concessa quam alia quae deinceps fuerunt indulta: Iussu R. P. N. Ioannis ab Annuntiatione hispanicae Congregationis generalis collecta.

Matriti anno 1700 in folio.

« Haec diplomata notis illustravit summorumque Pontificum vitas, summatim enarravit ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 309).

12. Nicolaus a S. Ioseph I.

Provincia Boeticus, non minus humanis quam sacris disciplinis imbutus, seipsum expressisse videtur in quodam volumine Hispane elaborato anno 1646, et asservato in nostro conventu regio Granatensi quod inscribitur:

Perfectus praelatus numeris omnibus absolutus ad rectum regimen.

(De Williers, Tom. 2 suae Biblioth. Carmel., pag. 498, N. 31).

13. Nicolaus a S. Ioseph II.

Alter Hispanus, qui differt ab alio nostro Nicolao a S. Ioseph in Indiis defuncto anno 1655.

Scripsit:

Vitam Michaelis ab Angelis, supprioris coenobii nostri Granatensis anno 1604. Sanctitate et miraculis celebris et mortui anno 1613 die 9 februari.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag 308).

14. Nicolaus a S. Simone Stok

Natione Frisius patria Leonardiensis, provinciae Flandro-Belgicae magister novitiorum, prior Mechliniensis profectus in Italiam, ibi annos quatuordecim degit; postea missionarius Apostolicus in patria destinatus, florebat circa annum 1668.

Scripsit:

1. *Exercitationes philosophicas in Aristotelis logicam, physicam et in libros de generatione et de anima. MSS.* (sicuti et seqq.).

2. *Exercitationes theologicas in summam D. Thomae Aquin. et tractatum de Incarnatione.*

3. *Quadrigam gloriae Christi triumphatoris de humanis peccatis imperfectionibus erroribus et de eorum remediis.*

4. *Sermones adventus, Dominicales, Quadragesimales, Festivat. et de Sanctis.*

5. *Moralium, mysticorum, controversiarum et paradoxorum tractatus.*

6. *Commentaria moralia in totam regulam S. Alberti primitivam Carmelitarum.*

7. *Sermones selectos* Italice habitos.

8. *S. Iosephum figuratum in Arbore Danielis et varios panegyr. in ejusd. sancti Laudes.*

9. *Panegyricos in totam vitam S. M. N. Teresiae* et particulariter in omnes gratias S. M. Teresiae collatas.

10. *Spicilegium Canonicum.*

11. *De monialibus tractatum particularem.*

(De Williers Tom. II., suae Biblioth. Carmelit. pag. 511, N 49).

15. Nicolaus a Spiritu Sancto

Natione Polonus magni nominis concionator; edidit:

Conciones et Orationes funebres.

Cracoviae ann, 1636 et 1639.

(Martial. a S. Io: Bapt., pag. 309).

16. Norbertus a Conceptione B. V.

Bruxellensis patria obiit Bruxellis anno 1709. — Edidit:

Compendium vitae Christi et Beatae Virginis Mariae.

Bruxellis anno 1705 in 12.

(Martial. a S. Io: Bapta, ut sup. loco citato).

1. Octavianus a S. Ioseph

Valtellinensis ex nobili familia Reuosta natus in Oppido Tirani anno Domini 1688. Fuit lector, magister novitiorum, prior Ferrariae, Placentiae, Parmae, semel et iterum Mutinae, definitor, visitator generalis ac tandem omnibus votis LI. Longobardiae provincialis, in comitiis Bononiae habitis die 4 maii anno 1754 electus. Plenus dierum et bonorum operum, inter fratrum preces et lacrymas, obiit Placentiae die 12 februarii anno salutis 1760 aetatis suae 72.

Vir sincerissimi animi fuit; eapropter nihil magis oderat, quam simulationes, ac verborum ambiguitatem. Rectam omnium antiquorum sapientiam exquirens, peregrinas doctrinas, doctrinas prurientes quidem auribus, et a perfectionis semita abducentes, acriter insectabatur. Humilis corde, ita se lenem et affabilem praebere studuit, ut neminem offendi passus, veniam aliquando (etiam in quacumque dignitate constitutus) cum lacrymis exoravit.

Serenissimus Raynaldus I. Mutinae dux, ita eum prosequebatur, ut non semel eius consilia exquireret, verum etiam suum nuntium Romam miserit ad Summum Pontificem Clementem XII gravi negotio consulturum.

Scripsit:

Litter. Pastoral. ad suos Longobardiae Provinciae subditos.

« Reliquit multa scripta theologica, moralia ac iuris canonici, quae olim asservab. in nostro Placentino collegio. »

(Haec ex Necrologio eiusd. colleg.)

2. Octavius a S. Francisco

In saeculo vocatus Leonardus-Martinus. Ortum habuit Veronae die 6 novembris anno 1651. Eius progenitores fuerunt Dnus Franciscus Sartori, et Dna Lucia de Rubeis.

Habitum Teresianum induit in Mediolanensi novitiatu die 29 septembr. anno 1668 et die 30 eiusd. mensis ann. seq. solemnem emisit professionem. Emenso laudabiliter in Cremonensi collegio studiorum cursu, munia concionatoris, prioris atque

definitoris provincialis cum plausu exercuit. Paralysi correptus, e vita decessit Vicentiae actualis magister novitiorum die 4 novembris anno Domini 1713.

Vir doctrina, prudentia, regulari observantia, studio orationis ac pietatis conspicuus.

Etiam iste Religiosus supradicto Sermo Raynaldo I. fuit summe charus dum erat Mutinae prior anno 1700.

Edidit italice:

1. *Un Trattato sopra la Passione di Gesù Cristo.* Venezia 1699.

2. *Modo utilissimo per onorare la Vergine Sma nel giorno di Sabbato.*
Venezia 1701 — Modena 1702.

3. *Industrie Spirituali per arricchir l'anima di beni spirituali.*
Modena 1703 e Venezia 1712 e 1721.

4. *I soliloqui dell'anima con Gesù.* (Omnia in 12).
Modena 1703.

« Reliquit inedita:

1. *Esposizione sopra li ricordi ed avvisi della N. S. Madre Teresa di Gesù.*

2. *Le cinque pietre di Davide sopra li Quattro Novissimi.*

3. *Quaresimale, Avvento, Annuale, Panegirici ed Esercizi Spirituali per i secolari.*

4. *Quaresimale, Avvento ed Esercizi Spirituali per le Monache.*

(Ita ex Eius vita MS., ab Anonymo Religioso Provinciae nostrae Venetae).

3. Octavius a S. Ioseph

Mediolanensis ex familia Zanella natus die 30 novembris anno 1747.

Solemnia vota dixit in patrio coenobio die 12 maii 1765. Fuit Bononiae lector, egregius concionator, prior atque definitor provincialis.

Obiit Mediolani die 10 maii anno 1820.

Edidit italice:

1. *Due Panegirici recitati nella Cattedrale di Modena, e dedicati a S. E. Rma monsignor Tiburzio dei Marchesi Cortese Vescovo di detta Città.*

I. In onore delle SS. Reliquie che si venerano in detta Cattedrale.

II. In onore di S. Germiniano Vescovo e Protettore della suddetta Città.

Modena per gli eredi Soliani 1789.

2. *Panegirico, in onore di S. Antonino Martire, Protettore della Città di Piacenza,* recitato nella Collegiata di detto Santo.

Piacenza 1790 per il Tedeschi.

3. *Vita della B. Maria della Incarnazione, Propagatrice delle Carmelitane Scalze in Francia.*

Parma 1792 per il Borsi.

« Reliquit MSS. *Quadragesimal., Orat. Panegyr., Dissertat. Accadem. etc.* »

4. Odoardus a S. Agathangelo

Natione Belga provinciae Flandro-Belgicae alumnus.

Edidit Belgice:

Orationem Funebrem inscriptam « Felicitas Mortis Dominae de Richardot.

Brugis anno 1658 in 4.

(Martial. a S. Io: Bapta pag. 309).

5. Odoardus a Cruce

Patria Placentinus ex comitibus Scotti. Fuit praelector, pluries prior, definitor atque XVIII. Longobardiae provincialis in comitiis Bononiae habitis die 3 maii anno 1664.

Anno 1666 die prima novembris erexit coenobium nostrum Alexandriae in Ditione Pedemontana. Piissime obdormivit in Domino Mediolani anno salutis 1691 aetatis suae 80.

Scripsit:

Litt. Pastoral. ad subditos suae Provinciae.

(Ex Necrolog. Longobardiae Provinciae).

6. Onuphrius ab Assumptione

Edidit:

Orationes Panegyricas Sancti Thomae Aquinat. anno 1719 in folio.

(Sic laconice Martial. a S. Io: Bapta pag. 309 N. 3).

7. Onuphrius a S. Gasparo

In saeculo dictus Prosper Guarini nobilissimis parentibus Suterae in Sicilia natus die 2 novembris anno 1668. Habitum nostrum induit in conventu Panormitano S. Mariae de Remediis, die 6 ianuarii anno 1684 et anno sequenti die septima eiusdem mensis professionem emisit Baidae in coenobio S. Isidori.

Emenso cum magna ingenii laude, philosophiae ac theologiae cursu, celebri fama et applausu, in praecipuis Siciliae civitatibus per viginti duos annos munus concionatoris exercuit. Panormitani prioris, et definitoris provincialis officio debite functus, obiit anno 1723.

Edidit italice:

1. *Quadrigam observatam Chobar ab extatico Ezechiele.*
Panormi anno 1701 in 4.

2. *Orationem in laudem S. Lucae.*
Syracusis anno 1715 in 4.

3. *Orationem Funebrem in obitu Ser.mi Victoris Amedei Principis Pedemontani.*
Ibidem eodem anno in 4.

4. *Aliam Orationem Funebrem.*
Panormi anno 1722 in 4.

« Quibus addendae sunt *Conciones* pro Quadragesima, Adventu, pro Festivitatibus B. V., et pro Festivitatibus Sanctorum, voluminibus VI. continendae et typis paratae. »
(Teste Mart. a S. Io: Bapta, in sua Biblioth. pag. 310).

8. Optatus a S. Carolo

Neapolitanus, diversis in locis prior, suae provinciae Neapolitanae definitor, deinde provincialis anno Domini 1658 electus. Vir sanctissimis moribus, eximia religione, et singulari eruditione conspicuus. Migravit ad Dominum Neapoli anno salutis humanae 1662.

Ex hispanico in italicum idioma transtulit insigne illud Opus R. P. Alphonsi a Iesu-Maria Carmelit. Discalc. Hispanicae Congregat., cui titulus est:

Pericula et Remedia Perfectionis et Pacis Religiosae.

« Editio autem Italica curis Optati nostri a S. Carolo prodiit

Neapoli anno 1650 in 4.

(De Williers suae Biblioth. Carmelit. Tom. II pag. 520 N. XI).

1. Pantaleon a S. Clemente

Patria Brixiensis in Statu Veneto, filius Dni Pompeii Trinaldi et Dnae Mariae Rizzardi. Fuit pluries prior, fere omnium Longobardiae Provinciae monaster. monial. nostrarum a sacris confessionibus et visitator generalis provinc. Poloniae atque Siciliae. Obiit Mantuae actualis prior, die 9 februarii anno Dni 1718 aetat. 75.

(Ita ex Necrolog. Longobard. provin. pag. 26).

Edidit:

1. *De Astutiis Diaboli cognoscendis.*

Venetiis anno 1684 in 12.

2. *Istruzione per i Confessori ordinari delle Monache Carmelitane Scalze.* MS.

Vir uti religione, modestia, candore, morum comitate ac aliis animi, corporisque ornamentis a Deo egregie dotatus; ita quoque doctrinae mysticae ac sacrae litteraturae laudem summam promeritus, et in dirigendis monialibus nulli secundus.

2. Parmensis Anonymus

E latino in italicum vertit opus mira pietate compositum a Venerab. P. Alexandr. a S. Francisco Ubaldini (Nepot. Leonis XI).

Thaesaurus Pauperum ad thaesaurizandos Thaesauros in Coelo.

Parmae anno 1649 Typ. Marii Vigna in 8.

3. Paula-Maria a Iesu

In saeculo dicta Dom. Victoria Centuriona ex nobilissima Ianuensi Centurionum familia, dum pater destinatus Melphitani principatus gubernator Neapolim appulisset, ibi die 6 octobris anno 1586 nata est; soror Germana Augustini postea Ianuensium Reipublicae ducis, et R. P. Ioannis-Mariae a S. Ioseph Italicae Congregationis nostrae procuratoris generalis. (Vid. superius art. propr.)

Ianuam cum patre reversa, et mundanis adhuc vanitatibus iterum implicata, ab his Deo illam sibi in sponsam eligente, avocata fuit, cum annum decimumquartum attigisset.

Quadam enim die dum ad nostrum monasterium sub invocatione Iesu Mariae dictum, ubi tunc expositum erat SS. Eucharistiae Sacramentum processisset, gemmis praefulgida et praetiosis vestibus ornata in societate piae matris, in ipso ingressu Ecclesiae Dominum in maiestate vidit ipsam invitantem : dumque divino Missae sacrificio assistens suam vocationem Domino vocanti commendat, ipso revelante intellexit se futuram certissime in hoc monasterio monialem.

Itaque ibi admitti postulans ad habitum, recepta fuit die secunda maii anno 1601, magno mentis suae iubilo; totoque novitiatus tempore magnum in religiosis virtutibus progressum fecit, seque divinis favoribus dignam reddidit ; ita ut victrix Daemonum a Religionis proposito revocare corantium, Deo per solemnem professionem se consecraverit. Sic virtutum omnium exercitiis se deinceps applicuit, sic divinis illustrationibus atque charismatibus roborata fuit, ut minime mirum videri debeat, graves infirmitates, nunc capitis, nunc colicae, laterum, vomitus, deliquii, ac interiores angustias invicta patientia eam pertulisse.

Praefecta informationi novitiarum, illas coelestibus instruebat documentis, et ad omnia virtutum opera in regulari observantia suis excitabat exemplis. Idipsum omnes erga moniales praestitit, electa priorissa monasterii non solum Viennensis, quod Ferdinandus II. imperator, piissimaque coniux Eleonora Augusta erexerunt, sed etiam post aliquos annos Graeciensis, eiusdem imperatoris beneficentia constructi electa fuit praeposita. Viennam tamen rediit ad instantiam imperatricis, eius praesentia in sua urbe carere nolentis : quae redeunti obviam processit et illam in suo imperiali curru suscipiens Vindobonam reduxit.

Adveniente demum tempore, quo pro tot laboribus ac bonis operibus coronam iustitiae a iusto iudice receptura erat, variis gravissimisque infirmitatibus, velut aurum in igne probata, et sanctis Ecclesiae sacramentis angelica devotione susceptis, spiritum Deo reddidit anno 1646 die 15 ianuarii ; incorruptione corporis aliisque prodigiis a Deo honorata.

Scripsit quaedam pia opuscula et sunt seqq. :

1. *Varia Exercitia Spiritualia* — quae excusa sunt Ianuae anno 1652 ap. Petrum Calenzani in 12.

2. *De Vita sua et de Favoribus sibi a Deo exhibitis.*

« Volumen magnum quod anno 1655 typis mandari iusserat Aug.ma Imperatr. Eleonora, sed an editum fuerit, non liquet. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 310 et seqq. — De Williers T. II suae Biblioth. Carmel. pag. 523, N. 6).

4. Paulinus a S. Bartholomaeo

In saeculo vocatus Philippus Wesdin natus die 25 aprilis anno Domini 1748, in oppido Hoff, dioecesis Taurinensis in Pannonia. Inter Carmelitas Discalceatos solemnem emisit professionem Lincii, in provincia Viennensi die 21 augusti anno 1769.

Studiis peractis, zelo animarum flagrans, in missionariorum numerum adscribi petiit, et a superioribus obtinuit. Transactis summa cum laude annis 17, apud Malabares, Romam redux et aggregatus Romanae Provinciae anno 1793, Indiarum gentes, mores, ritus, religionem, antiquitates et linguas omnimoda eruditione vix ante perspecta conscripsit, ob id a Regia scientiarum Parisiensi, et ab Accademia Veliterna in socium collectus. Stephano Cardinali Borgia verae virtutis aestimatori intima familiaritate coniunctus, ab ipso in urbano collegio De Propaganda Fide studiorum praefectura donatus, et missionum nostrarum aeconomia praepositus. A SS. Dno Nro Pio VII sacrae Indicis consultoribus adscriptus fuit.

Acris ingenii vir, nullique parcens labori, infirma licet valetudine, plusquam viginti libros decem annorum spatio litterate vulgavit.

Huius viri multa elogia scribuntur ab auctoribus modernis. Inter quos Caesar Cantù, D. Muller in Opere: *Praelectiones de Scientia Linguae*, Leipzig 1863, pag. 116 haec habet: *Primus* qui introduxit studium Sanscradamicum in Europam erat Carmelitanus Monachus Germanus sub nomine F. Paullini a S. Bartholomaeo qui edidit Romae 1790 primam Grammaticam Sanschradamicam etc.

Violenta demum pulmonum inflammatione adgressus, dum corporalis eius vita consumitur; religiosi viri virtutes, fides, patientia, aequanimitas et effusa in Deum charitas egregie micarunt. Obiit Romae in coenobio nostro S. Mariae de Scala

die 7 februarii anno redemptionis nostrae 1806. Vixit ann. 57 et mens. 8. — Edidit:

1. *Sidharubam, seu Grammaticam Samscrdamicam.*
Romae typ, et impensis S. Congregat. de Propag. Fide, anno 1790.

2. *Centum Adagia Malabarica cum Textu Autographo et Versione Latina.*
Ibidem eod. anno ap. Anton. Fulgonium (sumptibus aucthoris).

3. *Systema Brahmanicum, Lithurgicum, Mythologicum et Civile, ex Monumentis Indicis Musei Borgiani Velitris.*
Ibidem ap. Anton. Fulgonium anno 1791, Tom. 1, in 4.
« *Adiectis XXX Tabulis in aere incisis.* »
« Sumptibus Amplissimi Viri Emi Dni Cardinal. Stephani Borgiae. »

4. *Examen historico-criticum codicum indicorum Bibliothecae S. Congregationis de Propaganda Fide.*
Ibidem an. 1792 typ. et impensis eiusd. S. Congregat.

5. *Musei Borgiani Velitris Codices manuscripti Avenses Pegnani, Sciamici, Malabarici, Indostani,* animadversionibus illustrati.
Ibidem anno 1793 ap. Anton. Fulgonium.
« Sumptibus eiusd. Cardinalis Borgiae. »

6. *Scitismo sviluppato in risposta alla Lettera del Sig. Conte Castone della Torre di Rezzonico.*
Ibidem eod. anno ot typogr.
« Sumptibus eiusd. Cardinal. »

7. *India Orientalis Christiana.*
Ibidem anno 1794 typis Salomonianis.
« Sumptibus Auctoris, et eius Exemplaria in Charta Regia. ».

8. *De veteribus Indis, Dissertatio.*
Ibidem anno 1795 ap. Anton. Fulgon.
« Sumptibus Typographi et Auctoris. »

9. *Viaggio alle Indie Orientali umiliato alla S. di N. S. Papa Pio VI.*
Romae 1796 p. Antonio Fulgoni.
« Sumptibus Typographi et Auctoris. »

10. *Amarasinha, Sectio Prima de Coelo ex tribus ineditis codicibus Indicis.*
Romae 1798.
« Sumptibus Auctoris. »

11. *Musei Caesarei Vindobonensis Numoni Zodiacales* animadversionibus illustrati.
Vindobonae anno 1799.
« Sumptibus Auctoris. »

12. *De Codicibus Indicis manuscriptis R. P. Ioannis Ernesti Hanxledem Epistola.*
Vindobonae eodem anno.
« Sumptibus Auctoris. »

13. *De Antiquitate et Affinitate Linguae Zenedicae, Sam-Scrdamicae et Germanicae — Dissertatio.*
Patavii anno 1799 typ. Seminarii.
« Impensis Card. Borgiae. »

14. *Mumiographia Musei Obiciani.*
Ibidem eod. anno et typ.
« Sumptibus Ill. viri marchionis Obicii. »

15. *Monumenti Indici del Museo Naniano illustrati.*
Padova 1799.
« Sumptibus Ill. et Senatorii Ordinis Foeminae Dnae Mocenigae Vedraminae-Nani. »

16. *Tornandis Vindiciae de Var Hunnorum.*
Romae 1800 ap. Anton, Fulgon.
« Impensis Card. Borgiae. »

17. *De Latini Sermonis Origine et cum Orientalibus Linguis connexione — Dissertatio.*
Ibidem an. 1802 ap. Fulgon.
« Sumptibus Auctoris. »

18. *De Basilica S. Pancratii Martyris extra urbis moenia — Disquisitio.*
Ibidem anno 1803 ap. Fulgon,
« Sumptibus Aucthoris. »

19. *Vyacarana seu locupletissima Samscrdamicae Linguae Institutio.*
Ibidem anno 1801.
« Typis et impensis S. Congr. de Propaganda Fide. »

20. *Vitae Synopsis Stephani Borgiae S. R. E. Cardinalis, et S. Congregationis de Propaganda Fide Praefecti.* (*)

(*) Omnes hi libri typis excusi sunt in 4. maiori. Legi debent Autographa et non eorum versiones Germanicae et Gallicae, quae infinitis mendis scatent.

(Defunct. Lugduni in Gallia 23 nov. 1804, et ibi sepult. in Metropolit. Eccles.)

Romae anno 1805 ap. Fulgon.

« Sumptibus auctoris. »

21. *Bibliotheca Indica referens CCCXIII. Codices Indicos MSS.* (*)

Inedita adhuc sunt et manuscripta (**):

22. *Opus morale idiomate malabarico.*

23. *Vita S. M. N. Theresiae carmine praescripto malabarico.*

24. *Commentarium super quinque praecipua attributa Dei contra Politheismum.*

5. Paulinus a S. Ioseph

In saeculo dictus Petrus de Malder natione Belga patria Bruxellensis concionator egregius. Obiit Antuerpiae anno 1682 die 27 decembris.

Transtulit in Belgicum idioma:

1. *Sententias Spirituales SS. Teresiae et Ioannis a Cruce,* edique curavit.

Coloniae anno 1678.

2. *Opuscula quaedam Thomae a Iesu Carmelitan. Discalc.*

Antuerpiae anno 1682.
(Martial. a S. Io: Bapta pag. 312).

6. Paulus a Conceptione B. V.

Natione Hispanus in regno Navarrae natus, in conventu nostro Pampilonensi professus, Palentiae philosophiam, Burgis theologiam docuit; Tudelensis et Oxomensis prior; postea definitor generalis et tandem suae Hispanicae Congregationis anno 1726 Generalis.

Vir doctrina, eruditione, prudentia, nec non regulari observantia clarissimus.

(*) Stephani Cardinalis Borgiae praeceps in Galliam profectio, et e vita exitus huic, et aliisque multis operibus vitam lucemque ademit.
(**) Haec adduntur a P. F. Henrico a SS. Sacramento auctor Supplementi.

Edidit:

1. *Tractatus Theologicos iuxta Salmanticensium doctrinam. Tom. IV in folio* « semel et iterum excusis; itemque Parmae (in Italia) anno 1725, quo Tomum V parabat. »

Tom. I. continet quinque Tractatus :

1. *De Deo et eius attributis.*
2. *De Visione Dei.*
3. *De Scientia Dei.*
4. *De Voluntate Dei.*
5. *De Praedestinatione.*

Tom. II. sex Tractatus complectitur:

1. *De SS. Trinitate.*
2. *De Angelis.*
3. *De ultimo Fine et Beatitudine.*
4. *De Voluntario.*
5. *De Bonitate et Malitia.*
6. *De Virtutibus.*

Tom. III tribus tractatibus constat:

1. *De Peccatis.*
2. *De Gratia Dei.*
3. *De Effectibus Gratiae, Iustificatione, scilicet et merito.*

Tom. IV, quinque tractatibus absolvitur:

1. *De Virtutibus Theologicis.*
2. *De Incarnatione.*
3. *De Gratia Christi.*
4. *De Scientia Christi.*
5. *De aliis coassumptis a Verbo.*

2. *Epistolam Pastoralem ad totam suam Hispanicam Congregationem « ingenii acumine ac sacra eruditione refertam.* »

Matriti anno 1726.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 312).

7. Paulus a Cruce

Hispanus natione eximius historicus qui edidit:

Historiam Ordinis Carmelitani.

« De qua Historia Generalis Hispan. Congregat. Tom. VI, Lib. XXVI cap. 29. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 313).

8. Paulus ab Omnibus Sanctis

Natione Ubius, Coloniae natus die 25 ianuarii anno Domini 1611; Provinciae Germaniae alumnus, supprior Coloniensis, socius capituli generalis, definitor provincialis, prior Viennensis et Graeciensis, vicarius ac postea prior Confluentiae: vir in omni disciplinarum genere versatissimus, in legendo et scribendo assiduus, pietate et probitate praeclarus. Obiit Coloniae anno 1683 die 17 decembris.

Edidit suppresso nomine :

1. *Funiculum triplicem vigintiquatuor Beneficiorum nodis Carmelitas obligantem ad Festum Commemorationis Solemnis B. Mariae Virginis de Monte Carmelo die 16 iulii celebrandum.*

« Cui adiunxit compendium privilegiorum, gratiarum et indulgentiarum Sacrae Confraternitatis B. Mariae de Monte Carmelo. »

Coloniae typ. Iodoci Kalcoven 1643 in 8. (Latine).

« Quod deinde recusum fuit Pragae et Viennae, germanico idiomate. »

2. *De Ortu, Progressu et Viris Illustribus Ordinis Carmelitani.*

Tractatus Trithemii Miraei, Carthagenae.

« Quibus de suo adiunxit cathalogum scriptorum Carmelitanae Religionis: item: seriem monasteriorum Angliae, Germaniae Superioris et Inferioris:

« Elogia summorum Pontificum et praestantissimorum virorum de sacro Carmelitico Ordine et alia quaedam etc. » Latine.

Ibidem eod. anno et typogr. in 8,

3. *Gymnasium Philosophiae Christianae.*

« A R. P. Martino a Matre Dei, Hispan. Congregation. compositum, typis mandari curavit in German. idiom., ac plurima de suo opportune addendo, multum locupletavit. »

Ibidem ut supra.

4. *Historiam Miraculorum Dei-parae Virginis Mariae de Monte Carmelo.*

Viennae anno 1644 in 8. (Germanice).

5. *Clavim auream thesauri Partheno-Carmelitici*,

seu De Antiquitate, Origine, Beneficiis, Privilegiis Confraternitatis S. Scapularis.

Ibidem anno 1669 in 4. (Latine).

« Aliud non videtur esse opus ab eo quod laudavimus N. 2, quod diximus editum Coloniae anno 1643, sed haec editio posterior augmentum locupletissimum continet. »

6, *Vitam S. P. N. Ioannis a Cruce, in 8.* (Latine).

Graecii anno 1675.

7. *Opera omnia Thomae a Iesu Carmelit. Discalc.*, quae separatim edita fuerant collegit, in unum corpus tribus tomis in folio conflatum redegit, doctissimisque praefationibus illustravit. (Latine).

Coloniae anno 1640 ap. Iodoc. Kalcheven.

8. *Complura Opera Venerab. P. Ioannis a Iesu* iam Italicae Congregat. praeposit. general. dispersa per varias provincias ac numquam antea edita, collegit magno studio, recensuit, et in unum volumen digessit, et Operum eiusdem Patris tomum quartum in folio constituit, evulgavitque.

Ibidem anno 1650 ap. eumdem typograph.

9. *Thesaurum Partheno-Carmeliticum:* in 'quo disserit De origine et progressu, beneficiis ac privilegiis Archiconfraternitatis B. V. M. de Monte Carmelo.

« Cui subiicitur et subiungitur compendiosa relatio ducentorum miraculorum, mediante B. Virgine Maria, eiusque S. Scapulari patratorum. »

Monachii anno 1657 in 12., Germanice.

Typis Lucae Stumb, usque ad septies recusum, et postea insertum operi, quod appellavimus Num. 4, « ut animadvertitur in speculo Carmelit. Tomo I pag. 504 num. 2299, gallice traductum citat Biblioth. MSS. Tom. II, pag. 1280, columu. 2. »

10. *Officium parvum SS. Ioseph, Annae et Teresiae Virginis, cum propriis Litaniis et aliis Orationibus de iisdem Sanctis.*

Viennae ap. Matthaeum Cosmeronium anno 1654.

Iterum ibidem anno 1655 typis Iacobi Kumer, (Germanice).

11. *Manuale Divinorum Officiorum iuxta Ritum, et consuetudinem Fratrum Carmelitarum Discalceatorum.*

Viennae anno 1655 ap. Iacobum Kumer, in 8.

12. *Topographiam Montis-Carmeli atque adiacentis Regionis.*

13. *Bibliographia Carmelitana.*

« Utrumque Opus istud prodiit cum alio cui inseritur et de quo locuti fuimus Num. 2. »

(Martial a S. Io: Bapta pag. 313. — De Williers T. 2. suae Bibliot. pag. 534 N. 24).

9. Paulus a SS. Sacramento

Natione Gallus patria Avenionensis, i saeculo dictus Ioannes-Baptista Marini, die 14 aprilis anno 1637 Avenione vota Religionis dixit. Sacrae theologiae lector Lugdunensis anno 1655 constitutus, et quartus definitor suae provinciae Avenionensis; deinde prior anno 1658 et definitor generalis anno 1659 atque provincialis anno 1665. Per vigintiquinque annos in celebrioribus Galliae civitatibus, maximo omnium plausu concionatus est. Tandem obiit Lugduni die 28 octobris anno Domini 1673.

Edidit gallico idiomate :

1. *Vitam Sororis Nostrae Matr. Magdalenae a Iesu Maria.*

Lugduni ap. Anton. Jullieron ann. 1664 in 4.

2. *Vitam Venerab. Sororis Nostrae Matr. Mariae Liesse a Luxemburgo.*

Ibidem eod. anno in 4.

3. *Ideam verae Pietatis in vita, virtutibus et scriptis Dnae Margaritae Gignet Pinier, nobilis Domini Remanet Sponsae.*

Ibidem ap. N. Bourgeat anno 1669 in 4.

« Huius vitae meminit Iacob Lelong in Biblioth. Histor. Franciae, pag. 66, Num. 1513. »

(Martial. ut supr. loco citato. — De Williers, Tom. II suae Bibliot. pag. 537 N. 22).

10. Paulus a S. Ubaldo

Natione Belga, Provinciae Belgicae alumnus, Theologus vir cuius pietas, religio et eruditio non minimam pepererunt famam.

Circa annum 1655 scripsit:

Animae delectamentum tribus libris distinctum, in quo agitur — De Oratione mentali et supernaturali — MS.

« Extabat olim Antuerpiae in Biblioth. illius coenobii ».

(De Williers Tom. II, suae Biblioth. Carmelit. pag. 539, N. 29).

11. Paulus-Andreas a S. Francisca Romana

Patria Luganensis (in Helvaetia). Fuit praelector pluries prior, definitor, L. et LIV. Longobardiae provincialis, scilicet an. 1751 et an. 1763 visitator generalis, atque Italicae Congregationis procurator generalis.

Vir moribus insignis, prudentia singularis, dexteritate eximius, doctrina praeclarus, ac studio excellens theologiae polemicae, historiae ac utriusque juris.

Benedicto XIV Pontif. Max. summopere charus et addictissimus. Non solum infulas saepe saepius ab eodem Pontifice sibi oblatas, verum etiam Romanam purpuram invicta humilitate, recusavit. Cum fama sanctitatis ad superos evolavit Bononiae anno Redemptionis nostrae 1769, mense augusti aetatis 75.

Scripsit:

Litter. Pastoral. ad religiosos suae Longobardiae provinciae.

« Reliquit MSS. tractat. plurim. theolog. scholast., dogmat., myst. etc. quae olim asservab. (in Archivio provinciae in Bonon. collegio).

(Ita ey Necrolog. ejusd. Collegii).

12. Paulus-Hieronymus a S. Helena

Provincialis Venetae provinciae. — Edidit:

Theologiae moralis Medulla recens, ad mentem celeberrimorum Patrum Salmanticensium. — 1 vol. in fol.
Coloniae anno 1754.

13. Paulus-Ioseph a S. Cyrillo

Venetae provinciae alumnus. — Edidit, italice:

Orationes panegyric. Tom. III.
Venetiis anno 1692.

14. Paulus-Maria a S. Alexio

Patria Faventinus (in Romandiola), ex nob. familia Poletti natus anno Domini 1621. Solemnem emisit professionem in Mediolanensi nostro novitiatu die 21 maij anno 1641.

Fuit pluries prior, definitor, atque fundator convent.

Ferrariae anno 1671, Forolivii anno 1673 et regii Lepidi (in Aemilia) anno 1685.

Obiit (actualis vicarius provincialis, ob mortem R. P. Ioan-Ambrosii a S. Catharina, XXVII Longobardiae provincialis) submersus in flumine Scriviae (Dition. Pedemont.) die 19 novembris anno 1687. Ejus corpus Rosani, apud suos delatum fuit, et ibi sepultus. Vir vitae asperitate sui abjectione Ordinis nostri dilectione clarus.

Scripsit:

1. *Historiam fundationis praedict. trium Convent.* — *MSS.*

2. *Opuscula varia ascetica.* — *MSS.*

(Quae MSS. asservab. olim in Archivio monial. nostrarum Mutin. monaster.).

15. Paulus-Simon a Iesu Maria

Natione Italus ex nobili genere Rivarola Januae natus. Vestem Teresianam ibi induit die 12 novembris anno 1595; novitius numero quartus Congregationis Italicae sub Ioanne a Iesu-Maria novitiorum magistro sanctissimo admissus, non sine praeclara Dei providentia: ab ineunte aetate pro religionis Carmelitanae augmento alter Elias jure merito nominandus. Animarum zelo accensus in Persidem a Clemente VIII Pontif. Max. die 12 maij anno 1604, legatus Apostolicus ad regem Persarum Sciah-Abbas cum patribus Ioanne-Taddaeo a S. Eliseo, et Vincentio a S. Francisco piissimis sodalibus. Iter per Poloniam dirigens Cracoviae conventum aucthoritate regia fundavit; et per Moscoviae provincias transiens, multa cum charissimis sodalibus patitur a schismaticis vexatus, et in vincula injectus; sed Dei beneficio liberatus, in Persarum regnum accersitus cum epistolis Apostolicis, quae illum et socios denominant Eliae successores, et vere discipulos a rege, et aulicis proceribus bene acceptus, coenobium Aspahamense, sub fine anni 1607 construere coepit.

Legatione functus relictis ibi sociis pro conversione infidelium, haereticorum et schismaticorum Romam rediit, an. 1609 suae Legationis rationem redditurus.

Magno in praetio apud omnes et singulos suae Congregationis religioso habitus: nam prior in diversis locis extitit; procurator generalis, definitor, ac anno 1623 die 6 maij VII praepositus generalis in Comitiis Lodani (in Liguria) celebratis. Constitutiones Italicae Congregationis in eodem Capitulo generali correctas, et auctas, acceptari et imprimi curavit: Galliarum convent. anno 1624 visitavit, monasteria in regno Neapolitano in provinciam sub titulo Matri Dei erigi fecit.

Anno 1632 die 5 maij in X praepositum generalem, secundo assumptus, Prosperum a Spiritu sancto, qui in Montem Carmelum anno praecedenti ascenderat, et a Principe loci facultatem habuerat habitandi in caverna S. Eliae, vicarium hujus loci constituit; cum ipse ab Urbano VIII Romano Pontifice, ejusdem S. Montis prior, ejusque in generalatu successores anno 1633, constituti fuerint. Neapolitanam provinciam divisit, quarum una Siciliae sub nomine S. Alberti, vocata est. Galliarum etiam conventus in duas provincias dividendos proposuit, qui reapse in provinciam Avenionensem, et Parisiensem destinati fuere in Capitulo generali die 27 aprilis anno 1635 celebrato.

Tandem tertio Romae anno 1641 die 21 aprilis in XIII praepositum generalem electus. Provinciae Aquitaniae sub titulo Iesu Mariae Ioseph et Hiberniae sub titulo S. Patritii Episcopi erigi curavit. Ex auctoritate Apostolica ejusdem Pontificis, superior et commissarius reformationem Ordinis SS. Trinitatis gubernavit. Firmavit etiam ingenti cum animo et fervore missiones Orientis, Persidis, Mesopotamiae, Mogoris Syriae, Palestinae, Angliae et Hiberniae, partim fundavit, partim stabilivit. In Batavia et Costantinopoli tentavit saepius amandatis ad ea loca religiosis virtute praestantibus; earumque illustres operarios et alumnos, ac Exterarum nationum viros praecipuae charitatis visceribus amplexus fovit, adjuvitque. Nunquam ab Ejus ore audita est querela de absente quolibet. homine; sed tamquam indulgentissimus omnium parens suos sodales et subditos unice adamavit.

Denique, cum interius ad coelestem patriam se vocari sensisset ac praeparasset, receptis magno cordis affectu Ecclesiae Sacramentis, actualis praepositus generalis obiit Romae

in conventu S. Mariae de Scala anno 1643 die 29 julii aetatis 67, totam Congregationem Italicam maximus ac desideratissimus parens, moestam orphanamque relinquens; dignus, qui a Principibus et Cardinalibus, in rebus arduis et difficilioribus, imo et aliquando a majori Concistorii parte consultus fuerit dignus purpura judicatus (*).

Scripsit venerabilis hic pater:

1. *Tres Epistolas pastorales ad religiosos et moniales suae Italicae Congregationis datas.*

Quarum 1.ª prodiit Romae anno 1624 in 8.
2.ª Ibidem anno 1633 in 8.
3.ª Ibidem anno 1642 in 8.

« In quibus tractat de Constitutionum observantia de Unione divina, de saecularium, maxime parentum fuga; de paupertate, charitate fraterna, et superiorum electione. — Hae tres Epistolae ex latino in italicum idiomate versae, habentur in collectione Mediolanensi edit. anno 1671 ».

2. *Instructiones a definitorio generali conditas pro universali Italic. Congregat.*

Romae anno 1635 Typ. Ludov. Pignani in 8. (Latine).

3. *Instructiones alias peculiares pro omnibus Collegiis ejusd. Congregationis.*

Ibidem eod ann. et Typogr. in 8.

(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 314. — De Williers Tom. II, suae Biblioth. Carmelit. pag. 537, N. 28).

16. Petronilla a S. Ioseph

Hispana novitiarum magistra, suppriorissa, et quater priorissa monasterii nostri Vallisoletani, virgo variis digna encomiis, prudens, sapiens, pia humilis: Circa an. 1656 scripsit, jussu R. P. Didaci a S. Angelo provincialis provinciae Castellae-Veteris, sub titulo S. Eliae.

1. *Vitam sororis nostrae Teresiae a Iesu de Vela, Vallisoletanae. MS.*

(*) Hic ven. P. primum appellabatur Paulus a Iesu Maria: sed ad Persicam missionem dum sese accingeret, Clemens VIII jussit ut nomini suo adderet Simonem, quia Simon Apostolus in sortem praedicandim accepit Persiam: et eamdem ob rationem nomini sui Socii, qui Ioannes a S. Eliseo vocabatur nomen Taddaei adjici voluit.

2. *Carmina quaedam Hispanica (quae ibidem leguntur). MSS.*

« His usus est Michael-Baptista de Lanuza ad componendam vitam ejusdem Teresiae a Iesu, quae in saeculo nuncupata fuit Domina Brianda de Acuna Vela filia Comitis de Castrillo, a juventute virtutum et studio pietatis addicta quibus promeruit varios a Christo favores. Vita hac cessit Caesar-Augustae an. 1657.

« Nostra Petronilla, quam laudant dictus Michael-Baptista de Lanuza, et Ludovicus Iacob in sua Biblioth. Carmelit. MS. pag. 332 differt ab altera Petronilla a S. Ioseph Teresiana moniali Hispana S. Luciferi Monasterii S. Ioseph anno 1592, novitia magnae virtutis: cujus meminit Franciscus a S. Maria, Tom. II. Histor. Reformat S. Teres. lib. VIII, cap. 33 ».

(Vid. De Williers, ut supr., pag. 541, N. 33).

17. Petronius a S. Ioseph

Patria Bononiensis. Fuit lector, pluries prior, definitor, visitator generalis et XXXVII Longobardiae provincialis, electus in Comitiis Bononiae habitis die undecima maij anno 1715. Piissime ibi obiit die 13 januari anno 1735, aetat. 75.

Scripsit :

Litter. Pastoral. ad subditos suae provinciae.

(Ex Necrolog. Longobard. Provinc., pag. 37).

18. Petrus a S. Andrea

Dictus in saeculo Ioannes-Antonius Rampalle natione Gallus patria Insulanus, dioeces. Cabellicensis in Comitatu Avenionensi die 23 decembris anno Domini 1640 inter Teresianos monasticam Avenione professionem emisit, completo aetatis suae anno decimo-sexto. Regulari observantia, ac doctrina clarissimus, acutissimus philosophus, eruditissimus theologus, et accuratissimus historicus, philosophiae et theologiae lector, novitiorum magister anno 1655. Prior Aquensis anno 1658. Prior Avenionensis provincialis anno 1664. Prior Massiliensis et an. 1667 definitor generalis.

Vir praeter candorem animi, rerum experientiam, morumque integritatem, adeo in poetica facultate excellens ut

alter sui Ordinis Baptista Mantuanus jure merito sit appellatus: aliam in eo non minoris praetii dotem expendens Philippus a SS. Trinitate praepositus generalis, laboriosum Ei onus injunxit, historiam generalem Congregationis nostrae Italicae per Isidorum a S. Ioseph inchoatam perficiendi et edendi. Quod executus est intra triennium duos priores Tomos pubblico juri committens, quos inscripsit:

1. *Historia generalis, fratrum Discalceatorum Ordinis B. V. Mariae de Monte Carmelo, Congregationis S. Eliae.*

Tomus I. in folio a R. P. Isidoro Ordinis definitore generali, nova partitione, novo ordine, nova forma donatus, nec minori parte auctus atque completus.

Romae anno 1668.

Tomus II. *Historiae generalis etc. Romae post Ejus mortem editus in fol. anno 1671.* Uterque optima et eleganti latinitate conscriptus.

Auctor ipse Romae die 29 novembris obiit anno 1671, non 1678; ut Typographicus error signat in Bibliotheca P. Martialis pag. 315.

2. *Opera alia sunt de Chyromantia naturali tractatus, sub nomine de Rampalle.*

Prodiit Lugduni anno 1653, Gallice in 8. apud Anton. Jullieron: — Item Parisiis Typis Loison.

3. *Relatio martyrii venerab. P. Dionysii a Nativitate, et Fr. Redempti a Cruce, Carmelit. Discalc.*, ex italico idiomate in gallicum conversa, et dicata Comiti Alethensi provinciae pro-regi.

Aquisextiis Typis Roize anno 1651 in 4.

4. *Itinerarium Orientale R. P. Philippi a SS. Trinitate* « ex latino etiam in gallicum idioma traditum ».

Lugduni anno 1653 ap. Anton. Jullieron in 8.

« Quod ibi dicitur de paradiso terrestri in aliqua Armeniae planitie constituto, et nimio Frigoris et aestus excessu immuni, carpit et vellicat Ioannes Chardin in suo itidem scripto Gallice itinerario e Parisiensi civitate ad Hispaliensem urbem Tom. II. pag. 237. Edit. Parisiens ann. 1723 in 12. »

5. *Vita latina venerab. P. Dominici a Iesu Maria* « quam R. P. *Philippus a SS. Trinitate* ediderat ».

Lugduni anno 1654 in 8.

« Jussu ejusd. Philippi, sermone gallico donata, quibusdam levis momenti mutatis et additis ».

6. *Vita S. M. N. Teresiae a Iesu, seu potius odes Gallicae* « quae habentur in vita S. Teresiae, cum figuris et imaginibus Gratianopoli editae ex latinis in gallicum idioma versae eleganter ».

7. *Magdalena poenitens et conversa* « Marchionis Antonii-Julii Brignoles ex italico idiomate in sermonem gallicum translata ». Prodiit:

Aquisextiis anno 1674 in 8.

8. *Ejusdem Brignoleti alius liber cui titulus inscribitur Alexius.*

9. *Epitome vitae venerab. sororis nostrae Matr. Mariae Loetiensis a S. Teresia de Luxemburgo, Ducissae Ventadorii anno 1660 defunctae die 18 januar.* « refertur in Annalibus nostris Galliae lib. II. cap. 112 et seqq., a pag. 639 ad paginam 651, et vita ejusd. Matr. Mariae Loetinsis (quae adjudicatur Paulo a SS. Sacramento — vid. superius art. prop.) prodiit Gallice. Lugduni ap. Anton. Jullieron anno 1664 in 4. cum vita venerab. sororis nostrae M. Magdalenae Januensis ab eodem Paulo a SS. Sacram. editae.

« Quam ob rationem non accurate priorem vitam reposuit inter opera Petri a S. Andrea Ludovicus Iacob in sua Biblioth. Carmel. MS. pag. 333 ».

10. *Religiosus in solitudine sive tractatus exercitiorum, aut solitudinis Decem Dierum, quae a religioso singulis annis sunt facienda, cum quibusdam Meditationibus.*

Lugduni anno 1668 in 8.

11. *Vita S. P. N. Ioannis a Cruce primi Discalceati Carmelitae.*

Aquis-Sextiis anno 1675 in 8.

12. *De Susanna Christiana. — Tragaedia (sub nomine Dom. Rampalle).*

Lugduni ap. Mich. du Han, anno 1658 in 8.

13. *De S. Dorothea Virg. et M. — Tragaedia (sub eod. nomine etc.).*

Ibidem eodem anno et Typ. in 8.

14. *Tractatus de phisionomia naturali. MS.*

(Asservab. olim MS. in Biblioth. coenobii nostri Aquensis).
(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 315. — Vid. De Williers, Tom. II suae Biblioth. Carmelit. pag. 543, Num. 37 et etiam Num. seq. 38).

19. Petrus ab Angelis I.

Natione Hispanus, patria Vallaranius, dioeces. Pampilonensis conventualis Malacensis; anno 1584 magister novitiorum Tauri anno 1595. Prior Penuellae ter provinciae Castellae-Veteris provincialis; tandem definitor generalis, et venerab. sororis Nrae Matr. Teresiae a Iesu de Vela per annos viginti octo a sacris Confessionibus.

Decessit Salmanticae anno 1636 postquam scripsisset:

1. *Relationes de Donis a Deo factis Teresiae a Iesu de Vela.*

2. *Relationes varias de suis novitiis.*

(De Williers Tom. II, suae Biblioth. Carmel., pag. 545, N. 39).

20. Petrus ab Angelis II.

Hispanus natione circa annum 1596 natus, in celebri tyrocinio nostro Pastranensi, vota religionis emisit. Post emensum studiorum curriculum factus est theologiae professor, dein prior Pastranus et Matritensis, provinciam Castellae-Novae gubernavit, ann. 1649; et 1655 procurator generalis in Curia romana: ubi Comitem de Castrello, vice regem Neapolitanum cui a confessionibus, et pluries a consiliis erat, ipsum ad infulas episcopales promovere satagentem audire nolens, maluit munere completo, in Hispaniam redire; et ibi anno 1661 definitor generalis fuit electus. Vir summae probitatis et experientiae non vulgaris, virtutis et religionis, solidi ingenii et reconditae eruditionis fama celebris, theologus et canonista praeclarus, tandem plenus dierum, et bonorum operum obiit Matriti anno 1679 die 19 julii. — Duo Ejus praeclara opera recensentur, scilicet:

1. *Tractatus de ordine judiciali et Praxi Tribunalis religiosorum ex utroque jure, et ex his, quae docent graves aucthores, tum antiqui, tum moderni juristae et theologi collectus.*

Matriti anno 1643 in 4. (Hispanice).

« Latine autem donavit hunc tractatum Leo a Regibus Carmel. Discalc. Ital. Congreg., theologiae professor in convent. Neapolit. Matris Dei et in ead. civit. Typ. dedit anno 1656 in 4. »

Item Coloniae et Matriti prodiit anno 1665. (Latine).

2. *Speculum privilegiorum. (Hispanice, cum hoc titulo: Espejos de los Privilegios de los Regulares en commun.).*

Matriti anno 1665.

« Interdum citatur a theologis moralibus Collegii nostri Salmanticensis ».

(Martialis a S. Io: Bapt., pag. 316. — De Williers ut supr. pag. 546, Num. 40).

21. Petrus a S. Angelo

Natione Hispanus in oppido Almonacir de Campo, vel ut aliis placet, in civitate Biatiensi natus, miris corporis et animae dotibus praeditus, sub disciplina magistri Joannis Avila instructus, Alphonso Canonico eremitarum Rupeculae patri adhaesit, tantoque spiritus fervore vitam perfectionis arripuit, ut suis co-eremitis, aliisque viris etiam doctissimis charissimus, omnium sibi affectum conciliaverit.

Anno 1573 cum suis decem sociis eremitis, Teresiano indutus habitu, carnem suam asperrimis ciliciis, abstinentia perenni aliisque poenitentiae laboribus, cum vitiis et concupiscentiis crucifigens, divinis contemplationibus animam nutriens, saepissime in extasim raptus, in extremos mentis jubilos prorumpere, ac in copiosos lacrymarum rivulos resolvi videbatur.

Nunquam induci potuit, ut sacros ordines susciperet, sed obedientia coactus novitiorum educationi praefectus est, quos coelitus instructos, et creaturarum libro ad creatorem dirigebat, dicere solitus:

« *Religiosum sui sollicitum, doemonio ludibrium, sui Angeli confusionem, ac servum infidelem esse, ac Domi non foris, legum observatorem* ».

Consultus a quodam sacrarum litterarum professore, de illo Apocalypsis 2. Textu — *Age poenitentiam, et prima opera fac:* — Obedientia compulsus, respondit: « *Prima opera quae facit homo intrans in mundum, sunt plangere*

et lacrymas fundere, et in his exerceri debet, ut poenitentiam agat ».

Variis doloribus ac infirmitatibus invicta patientia diu toleratis, suae mortis die cognita, receptis mira pietate sacramentis ecclesiae, quamvis non tam proximus morti videretur, benedictione superiorum postulata, fratribus valedicens, vultu speciosissimo, ac mira luce perfuso, animam Deo reddidit anno 1580: Ejus autem ossa postea Granatam anno 1610 a R. P. Ioanne a Iesu coenobii Granatensis priore fuerunt delata.

Edidit duo opuscula a viris doctis in praetio habita, quae inscribuntur:

1. *Frater contritus, seu — De peccatore converso.*

2. *Ovis, seu — De humilitate et mansuetudine.*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 316. — De Willier etc., pag. 547, Num. 41).

22. Petrus ab Annuntiatione

In collegio nostro Pampilonensi sacrae theologiae professor egregius.

Posteriores litteras S. M. N. Teresiae a Iesu, quas Illmus ac Rmus Dominus Ioan. de Palafox non viderat, eruditissimis notis illustratas quae in varia idiomata conversae prodiere Gallice.

Bruxellis anno 1693 Typ. Francisci Fieret Tom. 2 in 12.
(Martial, a S. Io: Bapta, ut supra).

23. Petrus a S. Barnaba

Patria Malacitanus in regio Granatensi nostro collegio, Deo per vota solemnia consecratus, sub praestantissimis praeceptoribus in collegiis Malacitano, et Biatiensi disciplinis physicis, et theologicis imbutus; inde theologiae professor, absolutissimos hujus disciplinae tractatus concinnavit, Coenobia Seritanum et Acaudatense prudentissime rexit.

Elucubravit circa annum 1726.

1. *Quaestiones in scripturam sacram* (quae continentur in praedicamentis Biblicis).

2. *Conciones Tom. 3.*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 317).

24. Petrus a Christo

Natione Hispanus, magister novitiorum in conventu nostro Toletano.

Vir ob eminentem virtutem, et inauditam poenitentiam novus sui saeculi Hilarion nuncupatus.

Circa ann. 1600 scripsit:

Relationem de poenitentia novitiorum coenobii Toletani sub titul. S. Spirit. « qua usus est Franciscus a S. Maria historiographus suae Hispan. Congreg. Tom. II. Reformat. S. Teres. lib. VII cap. 38 ».

25. Petrus a Conceptione B. V. I.

Lusitanus natione, philosophiae ac theologiae lector celeberrimus in collegiis nostris Complutensi, Hispalensi, Mexicano et Salmanticensi, ac concionator egregius.

Vir innocentissimae vitae, nec non variis donis charismatum insignitus, mortificatione, jejuniis, humilitate, charitate, obedientia, silentio, fide, veracitate et doctrina conspicuus, doctrinae Angelicae sectator tenacissimus.

Obdormivit in Domino die prima januarii anno 1628.

Scripsit:

Tractatum de virtute fidei.

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 318).

26. Petrus a Conceptione B. V. II.

Natione Hispanus qui Matriti anno 1633 edidit in folio:

Apologeticon pro defensione Historiae propheticae R. P. Francisci a S. Maria.

« In eo diserte agit adversus Ordinis Carmelitani Aemulatores, quod Ludovicus de Torres asseruisset nonnullas censura dignas reperiri sententias in ista historia prophetica.

« Teste Ludovico Iacob in sua Biblioth. Carmelit. MS. pag. 338 et Daniel a Virgine Tom. I. Speculi Carmelitani pag. 324, num. 1330 ».

(Vid. De Williers Tom. II, suae Biblioth. Carmelit pag. 565, N. 67).

27. Petrus a Conceptione B. V. III.

(Alter forte non ab apologista immediate praecedenti) qui

creditur fuisse natione Gallaecus, et professione religiosa Discalc. Carmelit. Pastranensis, et obiit Guadalaxarae anno Domini 1666. — In eodem coenobio reliquit non contemnendum suae eruditionis ac doctrinae monumentum.

De regulis moralitatis, in 4.

« Ut asserit noster Martialis in sua Biblioth pag. 318 ».

28. Petrus a Conceptione B. V. IV.

Natione Hispanus in Curia Matritensi concionator ineunte saeculo XVIII celeberrimus, in scripturis divinis eruditus, Hispanae Congregationis definitor generalis.

Edidit:

1. *Declamationem regiam pro felici reditu regis catholici Philippi V in suam Matritensem Curiam.*

Matriti anno 1706.

2. *Sermones varios, in 4.*

(Ut inquit idem Martialis citatus, pag. 318).

29. Petrus ab Epiphania

In saeculo dictus Antonius Pavisi natus in loco dicto Chilone, provinciae Boeticae.

Inter Teresianos Cordubae vota sua dixit, et ibi prior fuit anno 1652, et postea Hispalensis itidem prior. Ingenii sui splendore, ac litterarum peritia, reformationi nostrae summam laudem, et aexistimationem contulit. Attica eloquentia celebris, et in concionibus proferendis usque ad miraculum ut ita dicam, summus. Obdormivit in Domino in coenobio nostro Critanensi anno salutis 1661.

Inter plura tum latino, tum patrio sermone conscripta recensentur:

1. *Vita et miracula S. Petri-Thomae Carmelitae Patriarchae Constantinopolitani, martyris illustrissimi, et adversus pestem, et epidemiam patroni.*

Hispali Typ. Ioan. Gomez de Polas an. 1655 in 4.

(Tunc enim temporis Petrus ab Epiphania erat prior Collegii nostri Hispalensis).

2. *Vita venerab. Fratr. Nicolai a Iesu Maria (Poloni) Carmelit. Discalc., eleganti latinitate conscripta. Tom. I. in 4.*

(MS. asservatur in coenobio nostro Granatensi).

(Martial. a S. Jo: Bapta, ut supr. loco citato. — De Williers Tom. 2 suae Biblioth. Carmelit. pag. 569, N. 73).

30. Petrus a S. Hilarione

Natione Hispanus patria de Valdepenna, novitius Pennuelae anno Christi 1573; postea conventualis Calvarii et Biatiae; deinde in regnum Mexicanum anno 1586 profectus, ter priorem illic gessit, et obiit ibi anno 1615.

Scripsit iussu Superiorum:

Relationem de coenobiis nostris de Penuela, Beacensi et Calvariensi.

(De Williers Tom. II, suae Biblioth. Carmelit. pag. 573, N. 82).

31. Petrus a S. Hyppolito

In saeculo dictus Hieronymus Grasselinus, ex nobilibus civitatis Mazariae patritiis ortus est anno 1596. Completo aetatis suae anno vigesimo, in conventu nostro Panormitano S. Mariae de Remediis die 25 septembris anno 1616. Religionis indutus habitu, ibidem anno 1618 die 2 februarii solemnem emisit professionem. Vir fuit omnium litteratorum sui temporis calculo in omni scientiarum genere versatissimus; theologiam in qua supra coeteros eminuit, diu sodales suos docuit: inde ad Praelaturas Ordinis evectus, summam qua pollebat prudentiam ac in tractandis negotiis dexteritatem ostendit. Cracoviensis in Polonia prior; in definitorem inde generalem ac postea in visitatorem generalem Poloniae provinciae suffectus est. Provinciam suam Siciliae rexit ac in Tribunali Inquisitionis eiusdem regni consultoris et qualificatoris maxima in rebus Fidei probatissimi viri laude munus exercuit.

In Archiepiscopali curia Panormitana examinator synodalis, pluribus archiepiscopis, apud quos singularem promeruit aexistimationem et a confessionibus et a consiliis in rebus arduis fuit. Conventum S. Mariae de Remediis numeris omnibus absolvit et rexit. Iurisprudentiam, geographiam, mathematicas eminentioresque scientias non vulgariter coluit. Fundationem coenobii S. Viti Mazariae patriae suae suos ad sodales promovit, eumque bibliotheca praetiosioribus libris composita in quacumque materia locupletavit. Instituti regularis

eximius cultor, charitatis fraternae amantissimus, omnibus omnia factus, infirmos singulari prosequebatur amore.

Tandem et ipse diuturna podagra infirmus, plenus dierum ac bonorum operum in coenobio nostro Panormitano S. Mariae de Remediis obiit die 19 novemb. anno 1667.

Scripsit ac vulgavit (occasione cuiusdam magnae litis) opus cui titulus:

Trutina Apologetica Consilii Medici nuper editi pro Alexandro La Barbera et Restivo contra RR. PP. et Moniales Carmelit. Discalceat.

Panormi 1651 in 4. (Latine).

« Deceptus est Mongitor Tom. I. suae Bibliothec. Siculae, pag. 34, Trutinam hanc apologeticam Andreae Verano medico, iurisconsulto ac theologo Panormitano adiudicans. Licet enim eiusdem nomine prodierit, revera tamen Petrus noster a S. Hyppolitho illius aucthor est; ut evidenter colligitur ex authographo asservato in Bibliotheca conventus nostri Panormitani S. Mariae de Remediis. »

Scripsit insuper eruditissimum opus:

De Horologiis Solaribus, in 4., MS.

« Quod servatur in eadem Bibliotheca. »

« Teste nostro P. Martiali a S. Io: Bapta, in sua Bibl. pag. 318 et seqq. ubi eximium describit Epitaphium, quod sodales Panormitani et Mazarini convent. dicarunt suo benefactori P. Petro a S.to Hyppolitho. »

(Vid. De Williers, in sua Biblioth. Tom. II, pag. 574, N. 84).

32. Petrus a S. Ioanne

Natione Hispanus patria Seritanus in Boetica Superiori, sacrarum litterarum disertissimus professor, virorum omnium doctissimorum plausu, Malacae philosophiam et Biatiae theologiam docuit; obiit anno 1712 (si credatur nostro Martiali a S. Io Bapt.) Florebat tamen anno 1655, si fides adhibeamus Ludovico Iacob asserenti insuper Petrum a S. Ioanne scripsisse:

In Summam S. Thomae Tractatus XXXII.

(Ita Lud. Jacob. pag. 332 suae Bibliot.)

« Martialis a S. Jo: Bapta pag. 320 suae Bibliothec. Carmelitan. addit dictum Petrum a S. Ioanne quasdam etiam quaestiones

in scripturam sacram edidisse, suppresso nomine, quae leguntur in praedicamentis biblicis. »

(Vid. De Williers loco citato super. N. 85).

33. Petrus a S. Ioanne Baptista

Patria Luganensis (in Helvetia) ex illustri familia Corbellini natus die 19 martii anno 1714. Solemnem professionem emisit in Mediolanensi novitiatu die 21 septembris anno 1732. Fuit lector, pluries prior, examinator synodalis atque Theologus E.mi Cardinal. Angeli Mariae Durini Mediolanensis. Vir summae eruditionis et celebris vates. Obiit Forolivii die 4 decembris anno salutis 1787.

Suppresso nomine edidit Forolivii et alibi :

Carmina multa Italica et Latina.

Reliquit MSS. :

Dissertat. Accademic., Tractat. Theolog., Orat. Panegyric et Consultat.

« Quae MSS. asservab. olim in Biblioth. coenob. Foroliviensis suppress. a Repub. Cisalp. anno 1797. »

(Ex Necrolog. praed.i coenob.)

34. Petrus a S. Maria I.

Patria Granatensis, magister novitiorum in coenobio nostro Cordubensi in Hispania.

Ante suum in religionem ingressum, juris-civilis doctor. Vir, qui cunctos sibi in Christo ad sancte et constanter agendi studium salutaribus documentis et virtutum egregiarum suarum exemplis inflammavit. In conventu Astigitano anno 1626 die 18 martii relinquens suorum.

Operum asceticorum Tomos duos in 4.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 320).

35. Petrus a S. Maria II.

Natione Hispanus, theologus et poeta. — Edidit :

Poema pro Immaculata Conceptione B. V. Mariae. Tom. I. in 4.

Hispali anno 1616.

(De Williers Tom. II. suae Biblioth. Carmelit. pag. 584, N. 97).

36. Petrus a S. Maria III.

Circa annum 1640 in Etruscum sermonem *Opera S. M. N. Teresiae a Iesu* transtulerat Typis Romanis, quod tamen opus cum quibusdam non placuerit, definitorium nostrum generale supprimi voluit.

Postea Sigismundus Capecius romanus, eadem opera cum epistolis et annotationibus in idem idioma transtulit.

« Ita Martialis a S. Io. Bapt. in sua Biblioth. pag. 320, N. 21 ».

37. Petrus a Matre Dei I.

Natione Aragonius in saeculo vocatus Petrus-Hieronymus natus est in civitate Darocensi anno Dni 1565 die 16 augusti, parentibus Petro a Villagrossa medicinae doctore clarissimo, et Hieronyma de Albanque. Detulit nascens atque servavit vivens sub lingua Stellam elegantissime formatam candicantibus radiis distinctam ac fulgidam.

Anno 1582 Compluto ubi studiorum stadium currebat, Pastranam profectus, vivente adhuc S. M. N. Teresia a Iesu sacrum Carmelitarum Discalceatorum, qui proprio regebantur provinciali, habitum petiit et obtinuit die 23 januarii an. 1583. Militiam Carmeli votorum nuncupatione professus, Manzeram fuit transmissus, et inde Complutum ad sacram theologiam perdiscendam petiit. Ibi celeberrimae illius Accademiae doctores certatim accurrebant ad vitae morumque magistrum in pulpitis, quem adhuc habebant discipulum in scholis.

Nicolao a Iesu Maria primo Congregationis reformatae vicario generali tam egregium virum Romam mitti dignum judicante, in eam Urbem appulit, diaconatu solummodo insignitus anno 1591 cum Ioanne a S. Hieronymo suae hispanicae Congregationis procuratore generali, viro vitae admodum austerae, qui memor mandati quod a Nicolao acceperat, ut omnibus modis curaret Italicam linguam Petrum addiscere; Eum tamquam fratrem laicum sine socio per plateas et Fora Romana dimittebat ad comparanda victui necessaria. Quod per annum fere integrum praestitit nec unquam minimum renitentis animi signum dedit vir humillimus et obedientissimus.

Anno 1593 Januam reversus in Comitiis generalibus totius Ordinis Cremonae celebratis, theses pubblicas cum omnium

admiratione sustinuit, et anno sequenti 1594 supprior conventus Januensis electus, cunctis admodum stupentibus, coepit spiritu quo fervebat apostolico tum exemplo tum dicendi gratia singulari in auditorum animas, morum conversione promovere et pietatem instillare. Janua Romam ab Alexandrino Cardinali adductus, et in palatio Illmi Tarugii hospitatus anno 1596, per adventum conciones habuit in Ecclesia Sancti Spiritus, cum magno omnium ordinum concursu. Hispanis vero Carmelitis Discalceatis propagationi reformationis nostrae extra illud regnum obstantibus, Clemens VIII conventum romanum S. Mariae de Scaia quem erigi curaverat et Januenses tum fratrum tum monialium ab Hispanica Congregatione separavit, sibique immediate subjecit, litteris datis die 20 martii anne 1597.

Biennio post, idem Pontifex instante nostro Petro, Apostolicum Breve concessit ad reformationem Ordinis SS. Trinitatis in Hispania, et postmodum curam Carmelitis Discalceatis commisit; praefecit eumdem Petrum Augustinianis reformatis anno 1599 die 10 julii. Novae Carmelit. Discalc. Congregationi Italicae sub titulo S. Eliae commissarium praefecit die 13 novembris anno Domini 1600.

Nonnullae Virgines ac Matronae Institutum Teresianae reformationis religiosorum exemplo et Petri consilio aggressae sunt Romae anno 1601. Plures interim e primaria Neapolis nobilitate, qui Petrum Romae concionantem audierant, eum impulerunt ut in Ecclesia Virginis Annuntiatae ejusdem civitatis, Quadragesimales haberet conciones. Persicam missionem aggressus est missis quibusdam spectatae fidei viris selectis qui pontificia legatione in illis vastissimis regionibus functi sunt.

Concionator pontificius ab eodem summo Pontifice selectus. Anno 1608 die 26 aprilis in II. totius Italicae Congregationis praepositum generalem assumptus, etsi per Biennum ab anno 1606 jam variis infirmitatibus ac doloribus vexaretur. Ad aquas frigidissimas juxta Nuceriam erumpentes pergendum fuit: sed morbo ingravescente, mira devotione sacrum viaticum recepit Extremaeque unctionis munitus in coenobio RR. PP. Ordinis S. Francisci, a quibus humanissime fuerat exceptus animam Deo reddidit purissimam die 26 augusti ejusdem anni 1608.

Tristi funeris nuntio Romam delato exprimi nequit, quanto moerore Paulus V Pontifex Max. affectus fuerit unde in primo Concistoro pubblico, flebili voce, Cardinalium collegio praefatam mortem significans dixit: P. F. Petrum amisimus, magna firmissimaque cecidit Ecclesiae Columna.

Apud eosdem PP. S. Francisci sepultus fuit cum pacto, quod quotiescumque peteretur, sacrum illud depositum redderetur. Triennio post, anno scilicet 1611 quidam ex nostris Roma Nuceriam missi recognitis diluti parentis Exuviis iisque integris pene, incorruptisque repertis, secreto ac devote Romam transtulerunt, ac infra chorum in loco decenti repositae sunt in conventu S. Mariae de Scala. — Scripsit:

1. *Epistolas plurimas* « quarum nonnullae sunt editae anno 1625.

2. *Sermones multos. MSS.* Servantur in eod. conventu S. M. de Scala.

3. *De humilitate tractatum. MSS.* — Ibidem.

4. *Ordinationes pro Italica Congregatione* (*).

« Quas ex vulgari idiomate in latinum transtulit Isidorus a S. Ioseph Tom. I. Historiae general. italicae Congregat. lib. II. cap. 2, pag. 172 ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 320. N. 22. — De Williers Tom. II. suae Biblioth. Carmelit. pag. 584, N. 100).

38. Petrus a Matre Dei II.

Natione Boeticus pubblicus Ossunensis sacrarum litterarum interpres, a confessionibus quondam S. M. N. Teresiae (si credamus Allegraeo Cassanato). Hispali e vivis abscessit anno Redemptionis Nrae 1626 postquam scripsisset:

Morales expositiones in scripturam Sacram. — Tom. I. in 4.

« MS. servantur in coenobio nostro Aquilaniensi ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 333).

39. Petrus a Matre Dei III.

Praesbyter Senensis (in Thuscia) dictus in saeculo Annibal Angelinus in Auriacorum principum aula versabatur cum

(*) Scripsit etiam vitas quorumd. Religiosor. Nrum).

solemnis conventus nostri Lodanensis (in Liguria) dedicatio piaque illius possessionis festivitas celebrabatur die 2 februar. an. 1609, tunc praeteritae vitae dolore tactus intrinsecus, ad nostrum venerab. Dominicum a Iesu Maria confugit cujus consilio in coenobio S. Mariae de Scala die 7 junii ejusd. an. 1609 Romae fuit admissus ad tyrocinium aetatis suae ann. 38 dignus deinde judicatus qui ad professionem solemnem reciperetur. Tantum postea in regulari observantia virtutum studio, communicationum coelestium participatione profecit, ut ipsi, venerab. Dominico charissimus semper extiterit, sibi a secretis et confessionibus sacris; atque una consors peregrinationum suarum donec dicto venerab. P. Dominico in Germaniam secundo proficiscente, ipse Petrus infirmitate correptus Romae in S. Mariae de Victoria conventu subsistere coactus est: ubi cum magna sanctitatis opinione diem extremum clausit die 24 martii anno Domini 1630.

Primus omnium ut plurium oculatus testis scripsit:

Vitam venerab. Dominici a Iesu-Maria jam praepositi generalis italicae Congregat. « in qua suae conversionis narrat historiam ».

(Martial. a S. Io: Bapta. pag. 329. — De Williers, Tom. 2. suae Biblioth. Carmelit. pag. 586 N. 101).

40. Petrus a Matre Dei IV.

Cognomento de Guzman et Roxas, Illmis natus parentibus Ramiro Nunezio Guzmano et Anna de Roxas natione Hispanus anno 1599, in nostro Salmanticensi coenobio novitius; et anno 1600 Medinae de Rio-Sicco professus die 10 januarii; diversis in locis prior ac definitor generalis, theologiae moralis lector ac regius concionator Philippo IV regi et Isabellae a Francia reginae charus. Vir magnis naturae et gratiae donis illustris humilitate, paupertate et doctrina valde celebris. Obdormivit in Domino anno salutis 1644.

Edidit:

Libellum supplicem Philippo IV porrectum in gratiam Juris Patronatus S. M. N. Teresiae a Iesu pro regnis Hispaniarum.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 333).

41. Petrus a Matre Dei V.

In saeculo dictus Abraham Bertius natus est Lugduni Batavorum die 15 martii anno 1610 genitore Petro Bertio, ibidem theologiae Calvinianae professore, qui in Synodo Dordrecthana damnatus propter errores Gommaristarum impugnatos et ejuratos in Galliam venit geographum regium acturus, et ibi fidem catholicam pubblice professus est anno 1620; secuta maritum Anna-Maria Kenklins una cum tribus filiis paulopost veram quoque fidem illic professa fuit.

Ex his Abraham Bertius Institutum nostrum amplexus, solemnem professionem emisit Charentonii die 29 junii an. 1628 aetatis suae 18. Fuit dein per annos triginta Lugduni Batavorum missionarius vigilantissimus ac stationem hanc Ordini nostro primus apud Neercasselium Castoriensem Episcopum comparavit. Obiit illic plenus dierum ac meritorum anno Domini 1683.

Operum eius gallico sermone editorum sequentes sunt inscriptiones:

1. *Cognitio Amoris Christi.* — Tom. 1 in 4.
Parisiis anno 1647 ap. Vid. Chevalier.

2. *Cognitio Amoris Beatissimae Virginis Mariae.*— Tom. 1 in 4.
Ibidem eod. ann. et typograph.

3. *Virtutes Regiae quae Iuvenem decent Principem.* — Tom. 1 in 4.
« Opus Regi Galliae in gratiam nobilitatis dicatum. »
Parisiis ann. 1647 ap. Maturinum Henault.

4. *Explicatio Symboli Apostolorum, Orationis Dominicae et Salutationis Angelicae.*
Rothomagi anno 1653 in 12. ap. Nicol. Loiselet.

5. *Modus convertendi Haereticos.* — Tom. 1 in 8.
Parisiis anno 1650.

6. *Flores Carmeli Gallici,* seu *Vitae plurium Carmelitar. Discalceat., qui pietate claruerunt.*
Parisiis anno 1670 in 4.

7. *Clara Demonstratio Articulorum Religionis Catholicae, Apostolicae, Romanae adversus omnes sui saeculi sectas.*
Antuerpiae anno 1671 in 8.

8. *Brevis Catechismus.*
Ibidem eod. anno.

9. *Rationes validae ad fovendos Catholicos in Fide.* (Opus posthumum).

10. *Historia Missionis PP. Carmelit. Discalc. in Hollandia.*

« Gravi ac eleganti stylo Latine MS. praelo dignissima. »

11. E gallico idiomate in latinum vertit (si credes Ludov. Iacob):

Successionem Eliae Prophetae in Ordine Carmelitarum et S. M. Teresiae Reformatione secundum Ordinem Chronologicum R. P. Ludov. a S. Teresia.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 331 — De Williers, Tom. II, suae Biblioth. Carmelit. pag. 587, N. 103).

42. Petrus a Matre Dei VI.

Natione Gallus provincia Belga Artesianus patria Audomarensis, pluries definitor provincialis, conventus Valencennensis, cuius fundationem obtinuit an. 1680 a Ludovico XIV primus prior, linguarum Gallicae Hispanicae Italicae Anglicae et Belgicae peritia celebris, facundia ac energia dicendi cum vitae probitate coniuncta, sic saeculares ad pietatem promovebat ut vix concionanti resisti posset. Potens igitur opere et sermone lucens et ardens, charitatis, obedientiae, paupertatis, patientiae in tolerandis infirmitatibus, plurima posteris reliquit exempla, moriens Duaci die prima aprilis anno 1705, aetatis suae 70, religiosae professionis 54. — Edidit:

1. *Vitam Seraph. Virg. S. M. N. Teresiae a Iesu.*
Duaci anno . . . . in 4.

2. *Praxim Devotionis erga eamdem S. Virginem.*
Ibidem in 12.

3. *Posteriores eiusdem S. Virginis Epistolas* cum notis Petri ab Annuntiatione ex hispanico idiomate in gallicum transtulit quae prodierunt Insulis.

« Sicuti refert noster Martialis à S. Jo: Bapta in sua Biblioth. pag. 333. »

43. Petrus a Matre Dei VII.

In Perside missionarius. Haspahami commorans, transtulit in idioma persicum:

Evangelia.

« Huius exemplar Ioannes Chardin celebris viator transcribendum procuravit ex autographo, servato in Bibliotheca coenobii nostri Haspahamensis ut notat Iacobus Lelong in Biblioth. Sacra pag. 34. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 331).

44. Petrus a SS. Sacramento

Natione Hispanus Medinae de Rio-Sicco; monialibus nostris monasterii Victoriae a sacris confessionibus. Vir sapientiae, religione, virtute et ingenio conspicuus.

Circa annum 1598 scripsit:

Relationem de Virtutibus Monialium huius monasterii Victoriae.

(De Williers, T. 2. suae Biblioth. Carmelit. pag. 601, N. 128).

45. Petrus a Spiritu Sancto

Hispanus natus in Villa de Manzares; et professus in coenobio nostro Pastranensi. Scholasticae, mysticae ac positivae theologiae professor. Convent. Conchense, Toletanum de Olauna, Manzaranes atque S. Eremum de Bolarque rexit, et in regulari observantia fovit. Concionator celeberrimus nonnullas conciones praelo mandavit: at dum fusius Opus parabat, obdormivit in Domino Matriti anno salutis 1716.

« Cura Francisci ab Incarnatione Carmel. Disc. compti et a mendis purgati prodierunt:

Sermones varii.

Matriti anno 1717 in folio.

Sermones alii.

Ibidem in 4.

(Sermones alii promittuntur, teste nostro Martiali in sua Biblioth. pag. 334).

46. Petrus a S. Teresia

Hispanus, quem mater ex Indiis rediens enixa est in navi, ingenii acumine ac perspicuitate clarus. Obiit Matriti anno 1694 aetat. 42.

Edidit hispane:

1. *Intimus hominis animus.*

2. *Sermones varii.*

3. *Oratio Funebris pro D. Isabella Rodriguez de Valdes.*

4. *Quinque Porticus Ierosolomitanae Piscinae.*

5. *Varia Poemata ac dulcissima Carmina de variis Rebus.*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 334).

47. Petrus a SS. Trinitate

In Vandalia Superiori, praestantissimus ac doctissimus theologus reliquit in Biatiensi coenobio nostro praeclara doctrinae ac ingenii sui monumenta latine elucubrata:

1. *De Conscientia — in 4.*
2. *De Actibus Humanis — in 4.*
3. *De Legibus — in 4.*
4. *De Juramento — in 4.*
5. *De Voto — in 4.*
6. *De Poenitentiae Virtute et Sacramento — in 4.*
7. *De Extremae Unctionis Sacramento — in 4.*
8. *De Purgatorio — in 4.*
9. *De Suffragiis — in 4.*
10. *De Indulgentiis — in 4.*
11. *De Sacramento Ordinis — in 4.*
12. *Epitome Sacramentorum — in 4.*

« Quibus ultimam manum adhibuit anno 1622. »

(Martial. a S. Io: Bapta, ut supra loco citato).

48. Petrus de Alcantara a S. Petronio

Patria Bononiensis ex nobili familia Zanchini. Fuit lector, pluries prior ac definitor provincialis. Obiit Bononiae anno 1774, aetatis 75.

Edidit:

1. *Doctrina Morum* ex omnibus operibus D. Thomae Aquinat. summatim desumpta. Tom. 1, in 4. (Latine).

Florentiae anno 1772 typ. Cambiagi.

2. *Monumenti di celeste dottrina estratti dalle Lettere della S. M. Teresa in quattro Lettere disposti e coordinati etc.*

Bologna 1768 in 8. (suppresso nomine) Italice.

49. Petrus-Alexander a S. Margarita

Mediolanensis, in saeculo Ioannes-Baptista, ex illustri familia Banfi natus die 7 decembris anno 1739. In patrio conventu solemnem emisit professionem die 26 septembris anno 1756. Peracto summa cum laude in nostro Parmensi collegio studiorum cursu, ibi postea ascendit cathedram; deinde prior Mediolani et rector S. Pancratii in Urbe. Anno 1791 in comitiis generalibus Romae habitis electus fuit procurator generalis; et anno 1797 confirmatus.

Ob obitum R. P. N. Brunonis a S. Aloysio Italicae Congregationis praepositi generalis, anno 1801 die 21 februar. a Pio VII. Pontif. Max. declaratus commissarius generalis, et ab eodem Pontifice anno 1807 motu proprio, electus LVIII Italicae congregationis praepositus generalis ad Beneplacitum. Tandem anno 1816 die 28 iulii consacratus Episcopus Tiburtinensis. Obiit in sua sede episcopali die 12 novemb. anno Domini 1817 aetatis suae 78.

Vir morum integritate, prudentia, religione ac doctrina percelebris, de sua italica congregatione per omnia meritus, atque duobus Pontificibus Pio VI. et VII. summopere charus.

Scripsit:

Epistolas Pastorales Consolatorias ad totam suam Congregationem et ad suos Dioecesanos.

50. Petrus-Aloysius a Iesu

Vocatus in saeculo Thomas-Vincentius. Ortum habuit Brixiae (in Statu Veneto) die 4 iunii anno 1741. Progenitores eius fuerunt Illmi Dni Nicolaus Grossi et Maria Bona. Habitum nostrum induit Vicentiae die 30 martii 1757, aegre ferente et insidias parante humani generis hoste, qui eum a proposito Religiosae vita deterrere volebat, et post annum tyrocinii cum gaudio Domino se consecravit. Venetiis theologicis disciplinis serio incubuit, et insimul humanioribus litteris, atque poeseos, quibus valde delectabatur, operam dedit. Deinde totum Sacri oratoris studiis, et eloquentiae sacrae se dedit. In hoc palestra primos habuit honores, et in praecipuis Italiae urbibus conciones quadragesimales et panegyricas orationes habuit, cum

magno fidelium fructu et laude propria — Multa etiam composuit opuscula carminum facetiis conditorum in quibus ut excitaret risum libero calamo saepe miscuit sacra profanis, et non raro ludicra et indecentia protulit. Haec prodierunt suppresso nomine et alienis curis, sed facile auctor illorum verus apparuit. — Sero culpam agnoscens retractavit quae incante scripserat, et aliis datis honestis carminibus scandalum reparavit.

Obiit Brixiae actualis rector seminarii episcopalis die 12 februarii anno 1812.

Praelo dedit lingua italica:

1. *Le rime piacevoli d' un Lombardo.* — Opus reprobatum a S. Sede.

2. *Rime Oneste* — Vol. V.

Brixiae et Venetiis.

3. *Prediche Quaresimali e Panegirici.* (Opus posthumum) — In hoc elogio plura addidit P. Henricus a SS. Sacramento quae decravit in originali P. Bartholomaei.

51. Petrus-Damianus a S. Aloysio

Venetae provinciae alumnus, theologus profundissimus concionator facundus, et italicae congregationis vicarius generalis.

Obdormivit in Domino anno 1806 Venetiis.

Edidit italice (suppresso nomine):

Vita della B. Maria dell'Incarnazione, propagatrice delle Carmelitane Scalze in Francia, beatificata nel 1791 dal Sommo Pontefice Pio VI.

Venezia 1792 tom. I, in 8. gr.

52. Petrus-Franciscus a S. Ioseph

Edidit opus quod inscripsit:

Trigesimum pro Animabus Purgatorii.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 334 N. 31).

53. Petrus-Georgius a S. Francisco

Novocomensis ex nobilissima familia Odescalchi consanguineus Summi Pont. Innocentii XI. Fuit primus prior coenobii Regiensis (in Emilia) fundat. anno 1685 die 2 mart. et suppress. ab Ercole III. Mutin. duc. anno 1783. — Vir rectus, humilis,

mansuetus ac patientissimus. Piissime obiit Novocomi die 20 novembris anno 1720, aetatis suae 79.

(Ita ex Necrolog. Provinc. Longobardiae, pag. 27).

Edidit:

Trisagium seu *SS. Teresiae a Iesu, Ioannis a Cruce et Thomae Aquin. Cantus, metricis Epigrammatum Libellis* — in 8.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 335).

54. Petrus-Ioseph a S. Teresia

Natione Gallus Brivate in Alvernia natus. Anno 1730 fuit provinciae Aquitaniae provincialis. — Scripsit:

1. *Vitam Dni Bouray Institutoris Monialium in Nosocomiis Infirmis deservientium* — editam

Parisiis anno 1714 in 12.

2. *Vitam Petri a Matre Dei Carmelit. Discalc.*

(Martial. a S. Io: Bapta, ut supra loco citato).

55. Petrus-Thomas a S. Andrea (postea a S. Cyrillo)

Nominatus in saeculo Marianus Conte, Panormi natus anno 1626. — Aetatis anno 19 religioni carmelit. discalc. die 29 ianuar. anno 1645 in conventu S. Isidori prope eamdem urbem sito nomen dedit: ibique probationis anno non vulgari fervore spiritus emenso, solemnia vota nuncupavit die 30 ianuarii anni sequentis.

Vir fuit in studiis sacrarum litterarum ac SS. Patrum assiduus, in regulari observantia usque ad ultimam lineam fidelissimus. Semel et iterum conventum nostrum Catanensem gubernavit, pluries definitor provincialis, in quibus muneribus maximam, qua pollebat, prudentiam ac in tractandis negotiis dexteritatem detexit.

Plenus dierum decessit in conventu Panormitano S. Mariae de Remediis die undecima martii anno Christi 1705.

Scripsit ac numeris omnibus absolutum reliquit Opus MS. in quo praecipue sacrae scripturae ac SS. PP. sententiae, omnibus materiis accomodatae ordine alphabetico habentur digestae; quod VI. in tomos in 4. distinxit. — Nempe:

Tom. I. complectitur *Litteras A. B. C.*

Tom. II. *Litteras D. E. F. G.*

Tom. III. *Litteras H. I. L.*

Tom. IV. *Litteras M. N. O.*

Tom. V. *Litteras P. Q. R.*

Tom, VI. *Litteras S. T. V. X. Z.*

Totum Opus inscribitur:

Apis Argumentosa.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 335. — De Williers, T. 2. suae Bibliot. Carmel. pag. 612, N. 137).

56. Petrus-Thomas a S. Maria

Dictus in saeculo Edmundus Hybert, Neustrius Condaei ad Nerallum in dioecesi Baiocensi natus die 27 septembris anno Dni 1611. In coenobio nostro Parisiensi professionem solemnem emisit anno 1634 die 5 februarii. Regularis observantiae custos vigilantissimus omnibus provinciae suae officiis functus est. Nam sacrae theologiae professor, supprior Rothomagensis, magister novitiorum, prior Rothomagensis anno 1661, postea Atrebatensis, Nancaejensis et alibi; definitor provincialis et primus Normandiae provincialis. Obdormivit in Domino anno salutis 1686 die 29 ianuar. — Edidit gallice:

1. *Delitiae Hominis interioris* seu *Expositio Cantic. Canticorum.*

Rothomagi anno 1653 in 4.

«De quo meminit Jacobus Lelong, in sua Bibliotheca Sacra.»

2. *Homo Gratiae deficiens* seu *Expositio Cantici Canticorum.*

Ibidem anno 1663 in 8.

3. *Innocentes maledictiones Iob, severae benedictiones Iacob, magnificae laudes Bmae Virginis in suo Cantico.*

Rothomagi anno 1679 in 12.

4. *Magdalenae de Vita Christi ac propria, Cogitationes.*

Ibidem anno 1686 in 12.

5. *Cathechismus S. M. Teresiae a Iesu, per Interrogationes et Responsiones;* « ex eius operibus desunptus: omnem eius doctrinam circa spiritualem vitam ac mysticam theologiam clara methodo continens. »

Bruxellis ann. 1675 et 1676 in 12.

6. *Disciplina Claustralis Ioannis a Iesu-Maria Carmelit. Discalc. in Gallicum idioma versa.*

Parisiis anno 1679 in 16.

7. *Vita Sororis nostrae Isabellae a Iesu* (quinque partibus distincta). MS.

8. *Thesauri Gratiae habitualis seu sanctificantis. MS.*

« Utrumque postremum hoc opus gallico itidem idiomate scriptum servab. olim in coenobio nostro Rothomagensi. »

(Martial. a S. Io: Bapta pag. 336. — De Williers Tom. II, suae Biblioth. Carmelit. pag. 613, N. 139).

57. Philippus a S. Catharina

Natione Gallus provincia Sequanus. Vir humilitate, religione et eruditione clarus, nec non concionator eximius. Edidit:

Epulum Eucharisticum: sive *Sermones et Discursus reales de Sacr. Eucharistia, sexdecim saeculis, omnibus Christianis apparatum et propositum* (Latine).

Moguntiae anno 1650 in 4.

« Hoc opus prodiit sub nomine P. Claudii a Iesu: sed verus aucthor est Philippus noster a S. Catharina: qui forsan unus est cum Philippo a S. Catharina Romanae provinciae defuncto Romae anno 1657. »

(Vid. De Williers, Tom. 2, suae Biblioth. Carmelit., pag. 626 N. 157).

58. Philippus a S. Francisca Romana

Romanae provinciae alumnus electus in comitiis generalibus die undecima aprilis anno 1761 celebratis L. Italicae Congregationis praepositus generalis. Obiit in coenobio nostro Tusculano die 24 octobris anno 1769 aetatis suae 66. Scripsit:

Litter. Pastoral. ad totam suam Italicam Congregationem.

59. Philippus a S. Iacobo

In saeculo Ioannes Felix Sarti natus Sorae in regno Neapolitano anno 1582. Solemnem professionem emisit Romae in coenobio nostro S. Mariae de Scala die 2 maii anno 1603. Fuit primus prior S. Eremi provinciae Ianuensis anno 1616; Avenionensis anno 1617 et alibi. Tandem in capitulo generali Romae celebrato die 24 aprilis anno 1638, omnium votis Italicae Congregationis XII. praepositus generalis electus est. Obiit Panormi die 12 iulii anno Domini 1651 aetatis 69. Vir eximiae virtutis, contemplationis, solitudinis. mortificationis et eruditionis gloria conspicuus.

Scripsit anno 1638 die 14 iulii *Epistolam Pastoralem: De Dignis Praelatorum Electionibus faciendis.*

« Habetur haec Epistola in collectione Mediolanensi, Part. I. pag. 179 et seqq. »

(Martial. a S. Io: Bapta pag, 336).

60. Philippus a S. Ioanne

Natione Catalanus: miram pietatem cum divinarum litterarum eruditione coniungens, scripsit aliquot volumina praelo et lectu dignissima, quae asservantur MSS. in bibliotheca convent. nostri Vicensis inscripta:

1. *De Theorematibus Theologiae Moralis — in 8.*
2. *Perpendiculum Mysticum Hominis et Vitae Interioris — in 4.*
3. *Quarumdam Difficultatum ad Theologiam scholasticam attinentium Expositiones — in 8.*

« Haec referuntur solummodo a nostro Martiali in sua Biblioth. pag. 336 et 337, minime assignato tempore Vitae aut Mortis Aucthoris. »

61. Philippus a S. Nicolao I.

Neapolitanus, filius unicus doctoris Ioannis Nuntii de Piro causarum Patroni. Vir in omni scientiarum genere, sed in astronomia potissimum versatus. Pluries prior, definitor generalis, visitator generalis, qualificator SS. Inquisitionis et demum Italicae Congregationis XXX. praepositus generalis electus die 23 aprilis anno 1695. — Obdormivit in Dno, Neapoli, die 3 martii anno salutis 1715 aetatis suae 73.

« Unus fuit ex duobus Cardinalibus, quos in ultima promotione Innocentius XII. Sum. Pontif. servaverat, ut aiunt, in pectore pro libito proferendos. » — Scripsit:

1. *Litter. Pastoral. ad subditos suae Congregationis.*
2. *De Universa Philosophia ac Theologia.* MSS. (circa ann. 1678).

(Teste Nicolao Toppi in sua Biblioth. Neapolitana pag. 86).

62. Philippus a S. Nicolao II.

Vocatus in saeculo Alexander-Saulus, natus est Papiae die 3 iunii 1681 ex piis et honestis parentibus Francisco et Anna

Cajmi. In Mediolanensi nostro coenobio die 3 novembris anno 1696 Teresianum habitum accepit e manibus R. P. Praepositi generalis Philippi a S. Nicolao (Idem ut Num. praeced.) qui ei imposuit suum nomen et cognomen praedicens « Novitium istum futurum esse unum ex successoribus suis in generalatu ordinis nostri », et ita revera fuit.

Anno probationis magno cum fervore peracto, omnium coenobii PP. consensu ac exultatione solemnem emisit professionem anno seq. die 4 eiusdem mensis.

Absolutis in Parmensi collegio philosophiae ac theologiae studiis, sic eas disciplinas erudite docuit primum Placentiae dein Parmae, ut in his urbibus inter theologos praecipuum locum tenuit. Munia prioris Regii-Lepidi (in Aemilia) et postea Mediolani, definitoris XLIII. anno 1733, ac XLVI. anno 1740 provinciae Longobardiae provincialis, atque procuratoris generalis summa cum laude exercuit. Tandem in capitulo generali Mediolan. celebrato die 17 aprilis anno 1728 toto Ordine plaudente, electus fuit XLII. Italicae Congregat. Praepositus generalis.

Infirmitatibus variis in progressu temporis oppressus et heroice tolleratis, dum provincialis secundo, et actualis Ser.mae Ducissae Carlottae Aglae d' Orleans (uxoris Ducis Mutinae Francisci III.) a sacris confessionibus, cum fama sanctitatis ad superos evolavit die 31 iulii anno 1740 aetatis suae 59. (Eius corpus erat adhuc omnino incorruptum die 23 ianuarii anno 1779).

Vir magnis naturae ac ingenii dotibus praeditus cui summa rerum experientia, singularis morum integritas, animi candor, probitas et multiplex eruditio perennem in Ordine nostro pepererunt famam. Quam magna fuerit in aexistimatione apud Benedictum XIII. et Clementem XII. Summos Pontifices, apud Carolum VI Romanorum Imperatorem, Ludovicum XV. Galliarum Regem, Augustum II. Poloniae Regem aliosque Magnates vix dici potest.

Edidit :

Litter. Pastoral. ad suos Italicae Congregationis subditos.

Romae anno 1728.

Reliquit MSS. :

1. *De Immaculata Conceptione B. V. Mariae — Tractat.*

2. *Opuscula varia Ascetica.*

3. *Dissertat. Theologic., Discurs. Monast. etc.*

« Quae MSS. asservab. olim in archivio Mutinensis coenobii. »
(Ita ex Necrologio Longobardiae provinciae et praed. Convent.).

63. Philippus a SS. Trinitate

Natione Gallus, in comitatu Avenionensi patria Malaucensis seu Malacenensis dioecesis Vasionensis, in saeculo dictus Spiritus Julien natus anno Domini 1603.

Professionem solemnem emisit in coenobio nostro Lugdunensi die 8 septembr. anno 1621. Emensis Parisiis studiorum cursibus, Romae in seminario Missionum per biennium et quatuor menses instructus a Superioribus die 8 februarii anno 1629 Aspahamum Persidis Metropolim missus; dum Neapoli Missam celebrabat, post sumptum sacrum Christi sanguinem, supra digitos quibus sacram hostiam tetigerat vividissimum conspexit sanguinem.

Aspahamo Bassoram pergens, ibi tum Persicam, tum Arabicam linguam didicit: deinde Goam Indiarum urbem celeberrimam missus, tum lectoris, tum prioris officio functus, Religionis habitu induit Dionysium a Nativitate natione Gallum, qui postea in Insula Sumatra gloriosum martyrium consummavit cum Fratr. Redempto a Cruce natione Lusitano socio suo. Anno 1639 die 3 novembris Romam profectus est authenticum eorum martyrii processum allaturus. Tres Arabias, Syriam, Mesopotamiam, Chaldaeam, Armeniam et ex parte Mediam peragravit: sacrum Montem Carmelum (quem accurate describit in suo itinerario) visitavit. In Monte Libano aliquando commoratus in conventu S. Elisei, quod ad Italicam Congregationem pertinet, Venerab. Franciscum Galaup de Chateul vidit; et quae viderat, et ab oculatis testibus sodalibus patribus audierat, in eius vita retulit.

Expeditis Romae negotiis, in provinciam suam Avenionensem remeans, saepe ad prioris, definitoris, provincialis semel et iterum officia evectus, ter et quater visitator generalis, bis definitor generalis renuntiatus; et tandem Italicae Congregationis praepositus generalis XXI. electus est Romae in comitiis

generalibus habitis die 25 aprilis anno 1665 et in sequenti capitulo generali anno 1668, dispensatione pontificia confirmatus in eadem dignitate. In primo sui gubernii triennio, provincias fere omnes Ultramontanas, scilicet: Avenionensem, Parisiensem, Aquitanam, Belgicas, Germanicam ac Polonicam personaliter visitavit. In secundo autem triennio Italicas provincias nempe Ianuensem, Pedemontanam atque Longobardicam.

Post haec omnia infirmitatibus licet et annis exaustus, ut Summi Pontificis placito morem gereret, ac usque ad ultimum vitae halitum fideliter obediret, alias tres provincias, Neapolitanam, videlicet, Siculam et Romanam invisendas suscepit.

Prima peracta provincia dum ad secundam trajicere pararet maris tempestatibus per vigintiquatuor dierum spatium, ad Calabriae oram, seu potius scopulos miserandum in modum jactatus ac Neapolim usque propulsatus, ibidem, labores eius aerumnas, zelum animarum salutis ac regularem observantiam remunerare volente Deo, sanctissime obiit die 28 februarii anno 1671 aetatis suae ann. 68.

Plura edidit Opera cedro digna inquit Ioannes-Baptista Gonnet in quibus eruditio et pietas decertant, continuis licet itineribus ac praelaturarum occupationibus detentus, quae ipsum in omni disciplinarum genere instructissimum fuisse probant.

Horum omnium primum assignatur:

1. *Summa Philosophiae etc.*

Lugduni anno 1648, in folio

« Eam Goae elaboraverat eadem prorsus methodo, qua usus est S. Thomas Aquin. in summa theologica sua.

« In statutis Congregationis generalis RR. PP. Oratorii celebratae Parisiis anno 1675 ac gallico idiomate editis ap. Petrum le Petit, Sess. 21 sic habetur:

« Nostri quoque professores philosophiae docebunt doctrinam S. Thomae Aquinatis, quantum fieri poterit prout explicatur a praecipuis eius commentatoribus ut Complutensibus, Ioanne a S. Thoma et Philippo a SS. Trinitate. »

« Sic testatur Ludov. Bancel. Tom. I. Moralis D. Thomae editae Avenione an. 1677. »

2. *Summa Theologiae Thomisticae etc.* Tom. V. in folio.
Lugduni ann. 1653 et seqq.

« Notissima est et in praetio apud omnes S. Thomae discipulos. »

3. *Summa Theologiae Mysticae.* Tom. I. in folio. (*)
Ibidem anno 1656 ap. Anton. Iullieron.

4. *Maria sicut Aurora consurgens seu de Immaculata Conceptione.*
Ibidem anno 1667 in 8.

5. *Divinum Oraculum Sancto Cyrillo Constantinopolitano,* Tertio Carmelitar. priori generali, per Angelum a Deo missum : in quo plures successus in Ecclesia futuri sub verborum velaminibus praenuntiantur cum Commentariis R. P. Philippi a SS, Trinitate.
Ibidem anno 1663 in 8.
« Laudatur, Tomo II. Speculi Carmelitani pag. 291, N. 1074. »

6. *Generalis Chronologia ab initio mundi ad sua tempora.*
Ibidem eod. anno in 8.

» In ea compendiose ac methodice referuntur scitu digna, quae evenerunt ubique. »

7. *Itinerarium Orientale:* in quo varii successus itineris, plures Orientis regiones, maria, flumina, series Principum qui dominati sunt, Incolae tum christiani tum infideles, animalia, plantae, fructus, religiosorum in Oriente missiones ac varii celebres eventus describuntur.
Ibidem anno 1649 in 8. (Latine).

« Ad Alexandrum Cardinalem Bichium episcop. Carpentoractensem DD. »

(*) Haec *Summa Thoologiae Mysticae* P. F. Philippi a SS. Trinitate iterum nunc anno 1875 prodiit Bruxellis typis A. Vromant duobus voluminibus, cura R. P. Bertholdi-Ignatii a S. Anna, cum approbatione et laude DD. Cardinalis Deschamps Primatis Ecclesiae Belgicae. — Hoc opus plurimi extimatur a doctis, et facile superat omnes alios libros conscriptos ab ipsomet P. Philippo, quinnimmo ipse aucthor fateri voluit opus illud esse omnium operum suorum primum et praecipuum.

In *Revisione Catholica* Lovanii huius operis elogium valde diffusum scripsit clarissimus Dom. Doct Von Weddingen.

Etiam Ephemerides Senarum in Thuscia « La Stella del Carmelo » N. 6, 1875, opus istud mirifice laudat.

Adnotatio P. F. Henrici a SS. Sacr.

« Illud autem gallico idiomate donavit noster Petrus a S. Andrea definitor generalis Italicae Congregat. et typis iisdem mandavit. »

« Istud Itinerarium laudatur in Itinerario Persico Ioannis Gardin, Tom. 2. pag. 237, nec-non in opere Anglorum Eruditorum inscripto gallice: *Histoire Universelle*, Tom. I, pag. 196. »

8. *Vita Venerabil. P. Dominici a Iesu jam Praepositi Generalis.* (Latine).

Lugduni anno 1659 ap. Anton. Iullieron in 8.

« Dicata ad Paulum de-Semur equitem Melitensem pro-Praefectum generalem Classium Gallicarum in mari Mediterraneo. »

9. *Compendium Historiae Carmelitarum,* in 8.

Ibidem anno 1656.

10. *Decor Carmeli Religiosi* seu *De Viris et Monialibus Ordinis Carmelitarum Sanctitate Illustribus.*

Ibidem anno 1665 in folio.

« In tres partes distribuitur. In 1. recensentur Acta antiquior. Carmelitar. In 2. Congregationis Hispanae. In 3. Italicae Congregationis. Referuntur ducentae circiter vitae utriusque sexus Carmelit. Discalc. qui usque ad annum 1665 pietate floruerunt. »

11. *Theologia Carmelitana* seu *Historia Carmelit. Scholastica methodo pertractata.*

Romae anno 1665 in folio.

« In tribus ultimis operibus, quae latine prodierunt, apud eruditos plerosque viros liberalior audit in adiudicandis Ordini Carmelitico quibusdam viris sanctis; ut animadvertit Petrus-Ioseph de Haitre in duplici opere, scilicet: *De Monachis mutuatis, et de Monachis aliena veste indutis,* gallice inscripto: *Des Moines empruntés* Tom. 2. cap. 17 pag. 68 et seqq. et *Des Moines travestis* Tom. 2. cap. 3. pag. 25 et seqq. »

12. *Litteram Pastoralem ad totam suam Italicam Congregationem.*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 337. — De Williers, Tom. II. suae Biblioth. Carmelit., pag. 651, N. 183).

64. Philippus-Maria a S. Paulo

Romae honestis parentibus ortus anno Domini 1627. Solemnia dixit vota in coenobio Romano S. Mariae de Scala, die 5 iuli anno salutis 1643.

Emensis philosophiae ac theologiae studiis, sic eas disciplinas erudite docuit ut in Urbe inter theologos, omnium opinione, praecipuus est. Consultoris Congregationis Indicis, ac postea Rituum officio decoratus est. Praedicando Verbum Dei non minori fama animum applicuit; in eoque genere singularis fuit in dicendo sine mora aut praeparatione; ita ut vix credi posset absolutissimas conciones aliquot horarum partum fuisse cum ea elegantia quae limam aut certe calamum exigebant. Provinciam suam Romanam non solum doctrina et eruditione, sed religiosis etiam virtutibus observantiae, humilitatis, poenitentiae, orationis et mansuetudinis decoravit. Infirmitatibus variis oppressus ex Medicorum consilio ac suadente etiam Summo Pontifice Neapolim perrexit, ibique verus Carmelita Discalceatus mundo mortuus, finem vivendi fecit anno Redemptionis nostrae 1677 dum definitor generalis florebat.

Illius opera sunt (Italice):

1. *Discorsi Sacri.* Tom. 3. in 8.

Romae anno . . . .

2. *Sacra Betheem* seu *Discursus per Adventum* Tom. 1 in 4.

Romae anno 1667.

3. *Novum in S. P. N. Ioanne a Cruce Miraculum, Theologice expensum* seu *De Sacris Apparitionibus in carne eiusdem S. P. N. Ioannis.*

Neapoli anno 1677 in 4.

4. *Vita Venerab. P. Alexandri a S. Francisco Carmelit. Discalc.*

Romae anno 1668 in 4.

« Cuius opera collecta latine tomis duobus in 4. etiam Romae edidit. »

5. *Vita S. P. N. Ioannis a Cruce.* Tom. 1 in 4.

Ibidem anno 1673.

6. *Vita Sororis Catharinae Paluzzi.* Tom. 1 in 4.

Praeterea manuscripta latina reliquit:

1. *Logicam.*
2. *Tractatum de coelo.*
3. *Tractatum de SS. Trinitatis Mysterio.*
4. *Tractatum de Vitiis et Peccatis.*
5. *Tractatum de Gratia.*

6. *Tractatum de Incarnatione.*

7. *De Virtutibus heroicis concernentibus Canonizationem Sanctorum.*

8. *Quaedam alia etc.*

« Haec MSS. asservantur in archivio coenobii nostri Romani S. Mariae de Scala, Teste Prospero Mandosio in sua Biblioth. Romana Centur. 4, pag. 237 N. 23. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 340. — De Williers, Tom. II, suae Biblioth. Carmelit.. pag. 635, N. 171).

65. Philippus-Teresius a S. Anna

Burgundiae provinciae alumnus, electus in comitiis generalibus die 29 aprilis anno 1719 Italicae Congregationis XXXIX. praepositus generalis.

Obiit Vesuntione die 10 iulii anno Domini 1736 aetatis suae 73.

Scripsit:

Litter. Pastoral. ad totam suam Italicam Congregationem.

66. Pius a S. Ioseph

Provinciae Venetae alumnus. Obiit actualis definitor generalis Romae anno . . . .

Edidit italice:

1. *Confutazione dell'Opera del Bolgeni intitolata il Possesso.* Tom. 2.

2. *Sopra gli Attributi di Dio.*

3. *Sopra i Doveri de' Sacerdoti nella celebrazione della Messa.*

67. Placidus a S. Teresia

Natione Belga patria Duacensis, provinciae Belgicae alumnus, sacrae theologiae professor, prior Bruxellensis et Duacensis, primus definitor suae provinciae non semel et primus socius capituli generalis. Vir magna probitate, singulari religione et recondita doctrina clarus, theologus et orator insignis.

Piissime interiit Bruxellis die 29 augusti anno Dni 1660, editis plurimis operibus quorum titulus est.

1. *Orationes variis in locis habitae.* (Latine).
Bruxellis apud Martinum de Bossuyt anno 1648 in 4.

2. *Liber Vitae, Christus patiens scriptus intus et foris* seu *De Perpetua Cruce Domini Nostri Iesu Christi praesertim interiori.* Tom. 1 in 8.
Ibidem anno 1651 ap. eumd typogr.

3. *Compendium Vitae Venerab. Matr. Ursulae de Benincasa, Virginis Neapolitanae.* Tom. 1 in 8.
Ibidem anno 1658.

4. *Responsiones ad tres .... Revelationum Annae du Bois Insulensis, Monialis Ordinis S. Birgittae.* MSS.

« Quas possedit olim Ludovicus Iacob Carmelit. beneficio Claudii Doresmieux, qui Atrebatis defunctus est ante annum 1664. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 341. — De Williers Tom. 2, suae Biblioth. Carmelit. pag. 657, N. 190).

68. Pompeus a S. Stephano

Patria Papiensis, electus in capitulo provinciali Cremonae celebrato die 30 aprilis anno 1667, XIX. Longobardiae provincialis.

Cum Sanctitatis fama obiit Mediolani die 13 februari anno Domini 1697 aetatis suae 84.

Scripsit:

Litter. Pastoral. ad suos Longobardiae Provinciae subditos.

(Ex Necrolog. eiusd. Provinc. pag. 19).

69. Prosper a Spiritu Sancto

Natione Cantaber in Pago de Nalda ad limites Regni Navarrae, dioecesis Calaguritanae sito, ex patre Didaco Garaicaval et matre Iuliana Ximenes natus die 22 maii anno 1583. Ab infantia a Deo electus, et in benedictionibus dulcedinis suae ad vitam monasticam destinatus; circa annum duodecimum aetatis suae missus est Logronum ad discendas humaniores litteras : quod feliciter egit. Postea Romam profectus S. Habitum nostrum sub R. P. Dominico a Iesu Maria anno 1607 suscepit et professionem solemnem emisit die 1. novembr. anno 1608. Paulo post pro fundatione Panormitani conventus

missus; tandem Romam reversus, ut alter Elias zelo salutis animarum inflammatus, in Persidem Christi Fidem propagaturus, amandatus est. Prior Aspahamensis electus, celeberrimum Italicae congregationis conventum, cum omni charitate et prudentia gubernavit. Anno 1624 a R. P. Paulo-Simone a Iesu praeposito generali Romam evocatus pro missione Aleppensi exoriunda, in Orientem remissus, felici successu rem aggressus est, illam perfecit anno 1627 mandante atque protegente Ill.mo et Exc.mo Dno Philippo de Harlai, comite de Cesy, Regis Christianissimi Ludovici XIII. ad Imperatorem Turcarum Oratore.

Inde superioribus scribens Prosper possibilem esse sacri Montis Carmeli habitationem eorum mandato, opus adeo arduum sola patientia ac divina providentia munitus, adorsus est: anno 1631 mense novembris obtinuit ab Emyro Tharabaeo Montis Carmeli principe, ut Carmelitae Discalceati sub annuo ducentorum nummorum censu ibi remanerent: quod et Pontifex Maximus Urbanus VIII. die 3 decembris anno 1633 litteris apostolicis datis ad dictum P. Paulum-Simonem praepositum generalem, quem ipse Prosper secundo convenerat.

Anno 1634 die 26 februarii in Carmelum reversus, et secunda conventione constitutus huius habitationis possessor ab eodem Principe Tarabaeo summo cum labore et periculo, suam ibi stabilivit mansionem vicarius a praeposito generali, qui ex praedicti Urbani VIII. decreto prior Montis Carmeli perpetuo titulo decoratur, nominatus.

Qui vitae finem praenoscens mortem non exhorruit, sed receptis summa pietate Ecclesiae Sacramentis, plenus dierum ac bonorum operum, non solum christianis sed plerisque judaeis etiam ac Mahometanis venerabilis, fama sanctitatis inclytus, cantatis suaviter psalmis ac hymn. Te Deum laudamus, e terra sancta in terram viventium migravit anno 1653 die 20 novembris.

Scripsit:

1. *Compendium Historiae Missionis Carmelitar. Discalceator. Persicae.*

« Quam hispanice scriptam obtulit anno 1626 Urbano VIII. et Congregationi de Propaganda Fide in folio.

2. *Historiam Fundationis et Recuperationis Montis Carmeli.*

« Quam MS. habuisse se profitetur Ludovicus a S. Teresia, in annalibus nostris Galliae, pag. 615 linea 3., ubi scilicet Lib. II, cap. 113 et seqq. a pag. 614 usque ad pag. 618 vitam huius venerab. Prosperi descripsit. »

(Martial. a S. Io: Bapta pag. 341 — De Williers, T. 2. suae Biblioth. Carmelit. pag. 662 N. 197).

I. Quintinus a S. Carolo

Duaci ex nobilibus parentibus De-la-Mayre natus die 23 aprilis anno Domini 1646. In coenobio nostro Insulensi solemnia vota dixit 17 martii anno 1664. Peracto summa cum laude studiorum cursu Romae missus fuit a superioribus suae Gallo-Belgicae provinciae ob negotia magni momenti, quae feliciter peregit. Maxima cum prudentia atque sagacitate obtinuit insuper ut opus cui titulus — *Triumphus Thomistarum etc.* — a R. P. Carolo ab Assumptione (*) compositum, igni non traderetur. Fuit vicarius S. Montis Carmeli, rector S. Pancratii in Urbe, lector Collegii nostri Melitensis ad instantiam equitis Hierosolymitani Spinulae per decem annos; theologus et a Consiliis Inquisitoris ac Nuntii Apostolici Rmi Dni Vidoni, tum Melitae tum Florentiae, nec non Sereniss. Cosimi III et ejus successoris Ioan-Gastonii Etruriae Magn. Duc.; vicarius provincialis tunc nascentis Thusciae provinciae (**); semel et iterum definitor generalis atque procurator generalis. Tandem in Comitiis generalibus habitis die 14 maij an. 1707 declaratus XXXV Italicae Congregationis praepositus generalis.

Piissime obiit Florentiae die 8 julii anno saluti 1725.

Edidit duas *Epistolas Pastorales* italico sermone.

1. *Sopra il mantenimento della pace ed armonia fra tutti.*

2. *Circa l'appellazione agli estranei.*

Scripsit etiam italice:

« Un *Aureo opuscolo* contro un certo Almajno, che asseriva:

« Non contenersi solide dottrine nelle opere di S. Teresa di Gesù, di S. Giovanni della Croce e del P. Tommaso di Gesù ».

(MSS. hujus opusculi servatur in Archivio Ordinis).

(Ita ex Necrologio coenobii nostri Florentini.

(*) Vid. superius artic. prop. N. 9 et N. 23. — Vid. etiam Martial. a S. lo: Bapt pag. 66 et seqq. — De Williers, Tom. I suae Biblioth. Carmelit. pag. 311 N. 16 et pag. 556, N. 66).

(**) Erect. anno 1695.

2. Quirinus a SS. Trinitate

Provinciae Germaniae alumnus. Natus est in Bavaria 1656, et Monachii mortuus est 1714. Peritissimus fuit in theologia scholastica et mystica, et fuit verum exemplar perfecti religiosi, prudentia et consilio praeditus.

Edidit Monachii:

1. *Heroinam Hispanam* seu *Historiam S. M. N. Teresiae a Iesu* (Germanice).

2. *De oratione mentali et vocali, et de variis virtutum exercitiis.*

(Martial. a S. Io: Bapt., pag. 345).

1. Raphael a S. Ioseph

Natione Germanus sive potius Boïus, natus die 8 novembris an. 1665.

Edidit opus cui titulum apposuit:

1. *Signum salutis in periculis* — Tom. I. in folio pag. 868 (Latine) *Lincii* (in Austria superiori) anno 1718.

« In hoc opere explicat beneficia per S. Scapulare fratrum B. V. Mariae de Monte Carmelo: sicut fusius narrat noster Martialis a S. Io: Bapt. in sua Biblioth. pag 345 ».

2. *Compendium vitae S. Joannis a Cruce.* Monachii anno 1676-1705.

2. Raynaldus-Maria a S. Ioachimo

Mediolanensis ex familia Galli natus die 24 januarii an. 1724.

Solemnem emisit professionem in patrio conventu die 27 septembris anno 1741. Fuit lector, concionator et definitor provincialis.

Obiit Cremonae mense octobr. anno 1795.

Suppresso nomine edidit:

Varia opuscula litteraria.

3. Raynaldus-Maria a S. Ioseph

Patria Parmensis ex familia Malpeli primus novitius Mutinensis. Novitiat. Erect. ad instantiam Ser.mi Raynaldi I. Ducis Mutinae anno 1700 die 6 octobris.

Vir Consilio gravis, prudens, dexter ingenio, probus ac moribus soavis. Lector egregius in urbe sacrorum dogmatum: apud monarcham Sinarum, cui fuit valde carus, rei catholicae diu actor eximius. Semel procurator generalis, bis definitor generalis, Emi Cardinal. Fr. Ioan. Anton. Guadagni a sacris confessionibus, tandemque Italicae Congregationis praepositus generalis XLVII electus in Comitiis generalibus Romae habitis die 26 aprilis anno 1749.

Moerore omnium decessit in coenobio nostro Romano S. Mariae de Scala, die 26 augusti anno Domini 1760 aetatis suae 75.

Scripsit :

1. *Relationem Itineris suis ad Sinam et quae in ea gessit, dum erat ibi vicarius apostolicus.*

2. *Epistolas Pastorales* ad totam Italicam suam Congregationem.

(Ita ex Necrologio Longobardiae provinciae pag. 8, part. II).

4. Redemptus a Cruce

Natione Hispanus venerab. P. Petri a Matre Dei consanguineus sacrae theologiae licentiatus, atque Darocensis Ecclesiae Canonicus.

Dum Romae negotia Ecclesiae suae gereret, ibidem in novitiatu nostro S. Mariae de Scala solemnem emisit professionem die 9 aprilis anno 1606. Postea in missionem Persicam missus, dignum se ministrum in eo munere gessit. Chaldaeos sive Surianos Aspahami catholicae Ecclesiae aggregavit.

A rege Persarum Scia-Abbas, comiti Syrlaeo oratori ad Pontificem et reges christianos socius additus est. Dum ex Hispania rediens navigaret iterum in Persidem obiit anno salutis 1619.

Primus omnium ad Melchisedech Armenorum Patriarcham legatus ejus gentis unionem cum Ecclesia catholica concluserat: sed Patriarchae persecutionibus irritus fuit conatus.

Scripsit in idiomate hispanico per plura capita:

Acta missionis nostrae Persicae usque ad annum 1616.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 345).

5. Robertus a S. Anna

Flandro-Belgicae provinciae alumnus, electus XLIII° Italicae Congregationis praepositus generalis in Capitulo generali die 14 aprilis anno 1731 celebrato.

Obiit die 24 januarii anno 1746 aetatis tuae 78.

Scripsit:

Litter. Pastoral. ad subditos Italicae suae Congregationis.

6. Rochus a Cruce

Patria Vilalpando in Hispania. — Novissimum diem clausit

Manzerae anno 1609. In concionibus suo tempore ut miraculum aexistimatus.

Reliquit in collegio nostro Burgensi:

Tria magna volumina concionatoria in evangeliorum lectiones.

(De Williers. Tom. II. suae Biblioth. Carmel., pag. 698, N. 48).

7. Rochus a S. Teresia

Celebris etiam iste, sua aetate, concionator, ut suas orationes ad populum habitas in subsidium praedicatorum assereret idem, iis collegium nostrum Burgense locupletavit.

Ibi obiit anno 1684.

Scripsit:

Conciones — Tom. VI.

(Martial a S. Io: Bapta, pag. 318).

8. Rodericus a Conceptione B. V.

Natione Hispanus ex Villa de Membrilla Castellae-Novae, Pastranae professus. Cum aetate immaculata crevit eloquentiae foecunditas, concionibus usque ad senectam vacans uberrimos fructus produxit. Prior vereque pater fuit conventuum Conchensis Murciensis, ac civitatis regalis. Obiit in collegio nostro Guadalaxarensi anno 1705 aetatis 72.

« *Concionem* habuit ad populum, praeloque dedit habitam eo die, quo Francisca a S. Teresia, filia comitum de Torralva Altrix reginae se inter nostras moniales devovit ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 316).

9. Rodericus a Purificatione B. V.

Natus in Boetica superiori, concionator eloquentissimus. Reliquit in coenobio nostro Granatensi:

Concionum Tomos VI.

(De Williers Tom. II suae Biblioth. Carmelit. pag. 699, N. 52).

10. Romualdus a S. Agatha

Natione Belga patria Gandavensis, provinciae Belgicae alumnus. Fuit prior Antuerpiensis anno Domini 1649 et concionator celeberrimus.

Obiit Audomari anno salutis 1652.

Edidit:

Orationem funebrem in obitu Marchionis de Aytona. Antuerpiae anno 1635 in 4.

(Martial. a S. Io: Bapta pag. 346. — De Williers, ut supra, pagina 700, N. 56).

11. Romualdus a S. Maria

Mediolanensis ortus die 16 julii anno Domini 1686 ex Jacobo Marazzani et Joanna Moroni. In patrio conventu Teresianum habitum induit die 6 aprilis anno 1702 et anno seq. die 7 ejusd. mensis solemnia vota dixit.

Fuit praelector Parmae et Placentiae, magister novitiorum, a sacris confessionibus monialium nostrarum, ac prior Varisii, Mutinae et Mantuae.

Obiit Mutinae more Justorum die 18 decembris anno Redemptionis nostrae 1767 aetatis 81, mens. 6, et d. 2.

Vir ingenio, pietate ac doctrina clarus. Regularem observantiam, quoad vixit, sustinuit auctoritate et efficaci exemplo — Faciens et Docens: — In regularis vitae actibus ita assiduus, ac si magnam ipsi fecissent negotium.

Edidit seqq. vitas:

1. *Sororis nostrae Mariannae-Teresiae a SS. Sacramento* in saeculo Barbara, ex comitibus orti Veronensis defunct. in monasterio Mutinensi, die 4 martii anno 1744 aetat 30.

2. *Sororis nostre Mariae-Josephae a Puero Jesu* in saeculo Catharina, ex Marchionibus Opizzoni Mediolanensis, ibi defunct. die 24 novembris 1747 aetat 64.

3. *Sororis nostrae Matr. Mariae-Angelae a S. Anna* in saeculo Anna, et comitibus Battaglia Mutinensis ibi pariter defunct. die 4 februarii anno 1751, aetat. 55.

Mediolani anno 1752 Tom. I in 4. (Italice).

(Ita ex Necrologio coenobii nostri Mutinensis).

12. Romualdus-Maria a Stygmatibus

Papiensis pluries praelector, prior, definitor anno 1712 XXXVI et anno 1721 XXXIX Longobardiae provincialis, visitator generalis, consultor S. Officii ac theologus Emi Cardinal. Archinti Mediolanensis Archiep.

Obiit Mediolan. die 20 decembr. anno 1727 aetat 78.

(Habuit nepotem Philippum nomine a S. Nicolao etc. Vid. superius art. prop. N. 62).

Edidit:

1. *Promptuarium Carmelitarum.* Tom. I in 4. Tridenti anno 1723.

« Ex hispanico vertit in italicum idioma ».

2. *Epistolam R. P. Joannis ab Annuntiatione* Hispanicae Congregat. generalis « ab Eo eruditissimis notis illustratam ». Tom. I. in 4.
Mediolani anno 1718.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 346. — Necrolog. Longobardiae provinciae pag. 32).

13. Rupertus a S. Gaspardo in saec. Balthassar de Santander.

Natione Belga patria Cortracensis. Professionem emisit Florentiae 10 julii 1686. Sacerdos factus 1691, incorporatus fuit prov. Flandro-Belgicae anno 1696 et prov. Normandicae 1717. Obiit Venetiis in Gallia 1744.

Edidit Gallice:

1. *Tractatum de indulgentiis Carmelitis Discalceatis concessis.*
Bruxellis anno 1705.

2. *Controversiarum* Tom. 3 in 8. (suppresso nomine).
Bruxellis anno 1712.

3. *Paulus e Melita redux* Tom. 2 in 4. cum iconibus Venetiis in Gallia 1739.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 346. — Thomas De Williers Tom. 2. Col. 703 — Cyrillus a S. August. Cronicon MS. Professorum prov. Flandro-Belg. pag. 144).

I. Salmanticense Collegium

Fundatum anno 1581 vivente adhuc S. Matr. Teresia pro junioribus religiosis tum studiis tum in pietate erudiendis institutum, sanctitatis ac doctrinae radios longe lateque diffudit. Iis nondum proprios professores habentibus, in scholis pubblicis celeberrimae illius Accademiae tot heroica virtutum exempla proebuere, ut tam scholaribus aliis, quam magistris admirationi essent; non mirum ergo si tot praestantes Juvenes, quorum plures Bacalaurei, ac licentiae gradus adepti, ingenio ac doctrina pollentes suo exemplo ad religionem traxere, ita ut a mense martio anni 1586 usque ad septembrem ejusdem anni quinquaginta ex his Vallisolitanum nostrum novitiatum im,leverint, in duas deinde tam veteris quam Novae-Castellae provincias dispersi; notatumque fuerit hac occasione nullam Domum religiosam istius civitatis, tot intra centum annorum spatium, quot intra sex nostram a mundi vanitatibus ad arctam coeli viam produxisse. Sed his relictis, quae videri possunt in Histor. general. Congregationis Hispanicae ad annum 1581.

Cum superiores adverterent cursum Complutensem philosophicum tanto plausu in Hispania, Gallia, Italia ac Belgio exceptum fuisse, illius aucthori Antonio a Matre Dei (vid. superius artic. prop. N. 109) injunxerunt, ut cursum theologicum Salmanticensem secundum doctrinam D. Thomae Aquinatis elucubraret. Erat in eo collegio theologiae professor, illiusque scripta tanto praetio habebantur, ut exemplaria transcripta magna pecuniae summa compararentur, tum a scholasticis, tum ab eruditioribus magistris. Edidit itaque commentaria, in I. part. D. Thomae. Morte praeventus Dominicus a S. Teresia (vid. sup. artic. prop. N. 27) duorum voluminum in 12. aucthor fuit. Sed eo etiam brevi consummato, cum explesset tempora multa, dum alia pararet, Ioannes ab Annuntiatione, omnia fere alia volumina confecit. (vid. superius art. prop. N. 23).

Prolixior essem, si narrare tentarem, in quanta commendatione apud theologos germanos maxime Divi Thomae discipulos

fuerint, ob doctrinae ubertatem, subtilitatem, perspicuitatem ac soliditatem videri potest epistola religiosissimorum PP. Praedicatorum celebris conventus Tolosani in gratiarum actionem pro editis cursibus Complutensi philosophiae, ac isto theologiae, que refertur Parte II. Tractat. de Incarnatione et in Histor. General. Congregat. Hispan., dum de fundatione conventus Vallisoletani tractatur, cujus aucthorem esse Vincentium Baronium censet post P. Percin, in suis Mon. Conv. Tolosani, P. Echard, Tom. II. Script. Ordin. Praedicatorum. Plura alia doctorum encomia praetermitto, maxime quia ex illius operis lectione, seipsum prudens et a praejudiciis liber quisquis fuerit, quanto habendum sit praetio, convincet.

Quod spectat ad illius editionem, commentaria in I. P. primum ut existimo, in Hispania Salmanticae et Segoviae postea Lugduni, et aliqui tomi Parisiis edita sunt. At novam editionem aggressi sunt Ioannes-Antonius Huguetan et socii Bibliopolae Lugdunenses, prodiitque anno 1679 et sequentibus, ut notabimus. Existimabant autem doctissimi PP. sex tomis in folio posse totum se theologicum cursum comprehendere, ut habent in Proemio Tomi I. §§ 5, 6 et 7. At cum praedictus ordo non potuerit observari, eo quod tractatus pro rei dignitate plures exigebant, de re censuerunt in proemio tractatus de Incarnatione, legitimam partitionem describere quae sic est.

Tomus I. — De Deo uno. — 2. De Trinitate et Angelis. — 3 De ultimo fine, Beatitudine, voluntario, bonitate, malitia ac virtutibus. — 4. De peccatis. — 5. De gratia, de justificatione et merito. — 6. De virtutibus theologicis et religioso statu. — 7 et 8. De mysterio Incarnationis. — 9. Posthaec adjecerunt: — De Sacramentis in genere et Eucharistia — ac 10. De virtute et Sacramento poenitentiae; quamvis typographi majoris forte lucri gratia, hunc ordinem aliquatenus inverterint secando videlicet, in partes volumina minime dividenda.

Ut autem ordiamur a tomo I. qui praeter epistolam dedicatoriam pulcherrimam D. Thomae Aquinat. quod servatur in sequentibus, prolixam habent ejusdem Angelici doctoris commendationem, in qua totum quod dici potest exhausisse

videntur, praeter praefationes, approbationes, indices copiosissimos, tum locorum Scripturae sacrae, tum materiarum, habet 860 paginas, hic quinque tractatus complectitur — de Individuatione, scilicet substantiae et accidentium. — De visione Dei. — De illius scientia. — De illius voluntate. — Denique de praedestinatione et reprobatione — in folio anno 1679.

Tomus II. Duos tractatus habet: primus est — De mysterio SS. Trinitatis et habet paginas 566 ita ut justae magnitudinis volumen conficere possit, Alius vero — Disputationes De Angelis complectitur, magis adhuc extensus habet paginas 605, et unusquisque tractatus suos indices. — Eodem anno 1679.

Tomus III. eodem etiam anno habens pag. 792, complectitur tractat. 8. — De ultimo fine. — 9. De Beatitudine. — 10. De volontario et involontario. — 11. De bonitate et malitia — et 12. De virtutibus in communi. In isto tractatu pag. 725 effurmarunt, ac aere coelari curarunt arborem virtutum theologicarum, Cardinalium, moralium, intellectualium voluntatis, et appetitus sensitivi, donorum Spiritus Sancti, ac beatitudinum, ac operum misericordiae tanta eruditione, industria, arte, ut unico, ut ita dicam, aspectu possit unusquisque conspicere eorum connexionem, ac virtutum omnium partes subjectivas, et potentiales cum illarum naturis et divisionibus doctissime explicatis pag. 725 et seqq., quod nullus ante ipsos, tanta industria praestiterat. Praemittunt pag. 721 et seqq. Omnium indicem alphabeticum.

Tomus IV. etiam eodem anno editus habet paginas 916. Unicum de peccatis tractatum, qui est ordine 13 continet summam ac profundam aucthoris eruditionem ac doctrinam redolet, non poenitebit legisse Disp. 10. — De subjecto peccatorum ac XI — de Delectatione morosa, eos qui theologiae morali et confessionibus audiendis incumbunt; plures propositiones laxiorum quorumdam theologorum, Caramuelis praecipue, invicte evertunt, et eam quam veritati conformiorem sententiam existimant, propugnant. Quamvis autem praedicti patres disp. 17, dub. 3, num. 60 et seqq. Antiquorum quorumdam errorem rejciant, cui favisse credunt Clement. Alex. lib. 6 Strom. et aucthorem histor., quam referunt Anast. An-

tioch. et Nicetas in Orat. 42 Nazianzeni, asserentium Christum descendentem ad inferos, quorumdam damnatorum animas a locis et poenis inferni, et imprimis Platonis, quam fabulosam merito existimant, censent attamen non esse improbabilem eorum opinionem, qui putant Trajanum Imperatorem precibus S. Gregorii ab aeterna damnatione liberatum; plures quidem adstipulatos huic sententiae suae scimus, sed contrariam propugnant nunc fere omnes. Consuli potest P. Natalis Alexander Histor Eccles., Dissertat.....

Tom. V. quem in duos perperam secarunt Bibliopolae, quamvis duo volumina justae magnitudinis conficere possit, utpote continens paginas 1181 eodem etiam anno editus, complectitur tractat. 14 — de Gratia Dei, cui praemittunt plura capita de erroribus Baij, Jansenii, Calvini, Lutheri, Pelagianorum ac Semipelagianorum. De aucthoritate D. Augustini et D. Thomae Aquin. praesertim in hac materia per paginas 74 disputant, doctrina ac eruditione non vulgari, sed acri indagine — de Necessitate Gratiae actualis, tum sufficientis tum efficacis, ac sanctificantis. — Tractat. 15 de Iustificatione ac 16 — de Merito.

Tom. VI. quem immerito typographi partiti sunt in 7 et 8 habet 865 paginas eodem quoque anno editus, quatuor tractat. continet. 17. — de Fide et peccatis oppositis. — 18. De Spe; dono timoris, peccatis desperationis et praesumptionis. — 19. De Charitate. — 20 De statu Religioso in communi.

Tom. VII. inscriptus a typographis IX. editus anno 1687 habens pag. 938, versatur circa SS. Mysterium Incarnationis est tractat. 21.

Tom. VIII. de eodem SS. Incarnationis Mysterio habet 950 paginas editus est Coloniae Agrippinae anno 1691.

Tom. IX. de Sacramentis in genere ac de SS. Eucharistiae Sacramento, qui duo volumina conficere posset, editus est Barcinone continet tract. 22 et 23 habet paginas 1058.

Tom. X. primus de Poenitentia editus est Lugduni an. 1704 habet paginas 650. Illius aucthor est Antonius a S. Io: Bapta. qui obiit Salmanticae anno 1699.

Tom. XI. et secundus de Poenitentia, editus est Matriti ann. 1712 habet pag. 540 continent tract. 24 suam operam

huic tomo dedit Alphonsus ab Angelis. — Haec de theologia scholastica.

Quod spectat ad cursum Salmanticensem theologiae moralis I. et II. tomus prodiere Salmanticae anno 1665 deinde Antuerpiae postea Lugduni cum III. et IV. tomo. At editio quarta Matritensis anno 1709 tom. IV. in folio accuratior est, in qua conformiter ad decreta Alexandri VIII et Innocentii XI quaedam opiniones mutatae sunt. Illius cursus aucthores sunt: Tom. I. Franciscus a Jesu-Maria. II., III. et IV. Andreas a Matre Dei. V. et VI. Sebastianus a S. Joachim; at cum, morte praeventus, VI. non potuisset totaliter complere, harc curam suscepit Alphonsus ab Angelis; sexque illi tomi in folio de novo editi sunt Matriti annis 1717, 1718, 1720 et 1724.

Tom. I. continet septem tractatus scilicet: — de Sacramentis in genere — de Baptismo — de Confirmatione — de Eucharistia — de Sacrificio Missae — de Poenitentia — de Extrema Unctione.

Tom. II. tres tractatus scilicet: — de Ordine, in cujus fine de Ecclesiasticorum obbligatione et privilegiis. — Agitur de matrimonio de censuris tum in genere tum in particolari.

Tom. III. de Legibus — de Justitia et Jure — de Restitutione — de Contractibus.

Tom. IV. habet quinque tractat. — de statu Religioso — de Horis Canonicis — de Voto et Juramento — de Privilegiis — de Simonia.

Tom. V. de principiis moralitatis — de primo praecepto Decalogi ubi de Fide, Spe et Charitate — Religione et vitiis oppositis — de secundo praecepto, ubi de Adjuratione — de tertio praecepto, ubi etiam — de Ecclesiae praeceptis.

Tom. VI. de reliquis praeceptis Decalogi — de Beneficiis Ecclesiasticis, ac — de Officiis ad judicium spectantibus erudite tractat.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 347 et seqq.).

2. Salvator a S. Martino

Provinciae Romanae alumnus et coenobii Viterbiensis laicus scripsit circa annum 1654.

Relationem de vita et miraculis venerab. Fr. Valentini a S. Io: Baptista Carm. Disc.

« Qua usu est Philippus a SS. Trinitate, par. 3. Decor. Carmel., pag. 198 ».

(De Williers, Tom. 2 suae Biblioth. Carmel., pag. 703, N. 3).

3. Samuel a Purificatione B. V.

Provinciae Poloniae alumnus, Ordinarius eximiusque concionator regius.

Edidit Polonice:

Orationes funebres in sepulturis Principum Poloniae « sed quo anno non assignat noster Martialis a S. Io: Bapta, in sua Biblioth., pag 351 ».

4. Saturninus ub Omnibus Sanctis

Natione Gallus in saeculo dictus Franciscus Chassac Tolosae natus anno 1613 die 3 junii. In coenobio nostro Parisiensi solemnem emisit professionem die 12 novembris anno 1634. In provincia Aquitaniae fuit lector, prior Tolosae, et pluries convent. Tutelensis, definitor suae provinciae, et socius Capituli generalis, Romam profectus a R. P. Dominico a SS. Trinitate praeposito generali retentus, in Gallias reversus, obiit Tutelae die 9 januarii anno Domini 1689.

Vir regularis observantiae rigidissimus Custos, in theologia, jure Canonico ac historia versatissimus.

Scripsit idiomate gallico:

1. *Antiqua Roma ab Evangelii praedicatione sanctificata* seu *monumenta praecipua in honorem Dei etc. Sanctificata* cum Tabulis aere incisis.

Lugduni anno 1665 in 8.

2. *Nova Roma* seu *descriptiones Basilicarum Templorum, Ecclesiarum, devotionis locorum, quae hodie in ea videntur.*

Ibidem eodem anno in 8.

3. *Meditationes pro Sanctis et Festivitatibus Ordinis Carmelitarum.*

« Romae primum tunc degebat secretarius R. P. Joann. Chrysosth. praeposit. generalis. (Italice).

« Deinde Gallice *Parisiis anno 1666 in 12.*

« Quas auctas de novo edi curavit Tolosae Dominicus a Jesu Maria, ubi tunc erat magister novitiorum ».

4. *Obligationes vitae Religiosae*. Tom. I. in 8.
Tutelae anno . . . .

5. *De vero Spiritu Orationis*, Tom. I. in 8.
Ibidem anno 1675.

6. *De vero ac falso* (ut vocant) *interesse*.

« Hunc librum scripsit, hortante Illmo ac celeberrimo Dno Julio de Mascaron Episcopo tunc et vice-comite Tutelensi concionatore regio cujus impensis editus est Tutelae an. 1678 in 12 ».

« Opus utilissimum in quo ostendit, quam futilia sint eorum fundamenta qui veram usuram palliare nituntur ».

E gallico in latinum vertit.

7. *Successionem Eliae* per R. P. Ludovicum a S. Teresia Carmel. Discalc. descriptam.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 351. — De Williers Tom. II. suae Biblioth. Carmelit., pag. 311, N. XI).

5. Sebastianus a Conceptione B. V. I.

Natione Lusitanus ex nobili familia de Matamoros, sacrae theologiae per viginti annos lector scholasticus et positivus, prior Ulyssiponensis et provinciae Lusitanae S. Philippi provincialis, ob praeclara merita ad Episcop. Meliaporensem evectus circa ann. 1649 in Indiis Orientalibus. Vir in omni litterarum ac virtutum genere clarissimus.

Scripsit ad Joannem IV. Lusitanaie Regem aureum opusculum:

De modo se gerendi cum Nuntiis Apostolicis.

« Codex MS. servatur in maximo Ulyssiponensi Scrinio, appellato Tombro ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 352).

6. Sebastianus a Conceptione B. V. II.

Alter Lusitanus nobilissimis etiam ortus parentibus, Hispanicae nostrae Congregationis jubar, in Lusitaniae Curia pro sua Congregatione procurator generalis, innata affabilitate omnium sibi procuravit amorem ac benevolentiam.

Dum generalis munere functus est, omnes fere suae Congregationis provincias visitavit. Fontiberi in Aede Nativitatis S. P. N. Joannis a Cruce monasterium insigne a fundamentis erexit, regioque diplomate redditibus ditavit.

Ubedae illius sepulchrum ornamentis ac sumptuoso decoravit aedificio.

Scripsit ad suam Congregationem ediditque:

Epistolam Pastoralem « in qua acumen ingenii cum pari pietate et observantiae regularis zelo splendide videtur; ut inquit noster Martialis a S. Io: Bapta, ut supra loco citato.

7. Sebastianus a Iesu-Maria

Natione Hispanus sacrorum Ecclesiae rituum cultor observantissimus; ut divinum obsequium rite persolveretur. Praelatorum jussu coordinavit novum rituale, omnibus ad chorum et altare requisitis optime instructum, juxta modernas summorum Pontificum sanctiones, ac iteratas sacrae Congregationis declarationes.

Edidit itaque:

Coeremoniale Carmelitarum Discalceatorum.

Matriti anno 1679.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 352).

8. Sebastianus a S. Ioachimo

Collegii nostri Salmanticensis primarius lector virtutibus ac eruditione conspicuus.

Edidit:

Tomum quintum cursus theologiae moralis Salmanticensis.

Matriti anno 1714 in folio.

« Sexti insuper tomi magnam scripsit partem: sed morte proeventus hunc tomum absolvendum reliquit Alphonso ab Angelis ».

(Vid. superius art. prop. lin. 6 et 7).

9. Sebastianus a Matre Dei.

Sarmata sacrae theologiae lector, pluries prior. — Edidit latino sermone:

Firmamentum Symbolicum. Tom. I. in 4.

« In quo Dei-parae elogia, quibus velut firmamentum stellis est exornata symbolice depinguntur. Opus coalescens ex solis novisque conceptibus allegoricis ad usum concionatorum et Dei-param colentium ».

Lublini sumptibus Georgii Foresteri anno 1652.

« Opus istud et operis aucthorem nominat Ludov. Iacob in sua Biblioth. Carmelit. MS. pag. 384; et Daniel a Virgine Maria, T. 2. Speculi Carmel. pag 1132. — Ast noster Martialis a S Io: Bapta in sua Biblioth. pag. 352 adjudicat Sebastiano a Matre Dei opus quod inscribitur :

Symbolum polyticorum et spiritualium.

« Omissis loco et anno editionis, et aliud ejusdem Sebastiani scriptum nullum designat. ».

(Vid. De Williers, Tom. II., suae Biblioth. Carmelitan. pag. 718 Num. 25).

10. Sebastianus ab Omnibus Sanctis

Natione Polonus. — Edidit latine anno 1679.

1. *Tractatum de virtutibus et praesentia Dei.* T. I. in 8.
2. *Exemplar vitae spiritualis.* T. I. in 8.

Hoc opus prodiit etiam Wilnae 1741.
(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 352).

11. Sebastianus-Maria a S. Marcello

Patria Faventinus (in Romandiola) ex nobili familia Alberici, praelector philosophiae ac sacrae theologiae, concionator eximius, pluries prior, definitor provincialis, et theologus Rmi Dni Georgii Barni Placentiae Episcopi.

Vir admirabilis ingenii, promptitudine, perspicacitate, ac claritate pollens.

Obdormivit in Domino Placentiae die 30 maij anno 1742 aetat. 48.

Scripsit italice :

Orazione funebre in morte dell' Illmo e Rmo Giorgio Barni Vescovo di Piacenza e Conte etc.

« Haec oratio edita fuit postea *Venetiis ap. Joan. Manfrè anno 1754* ».

12. Seraphinus a Conceptione B. V.

Romae ortus die 25 junii anno Domini 1628. Inter nostros adscitus die 8 decembris anno 1641 et solemnem professionem emisit die 5 julii anno 1643. Peractis studiorum cursibus, ex discipulo magister philosophiam ac theologiam ea doctrinae methodo docuit, ut pubblico applausu admirabilis speculativi titulum adeptus fuerit. Ex gravi morbo liberatum Perusini nostri coenobii regimini superiores praefecerunt. Anno 1662 Romam evocatus ut pristinam, quam secundo amiserat, sanitatem facilius recuperaret die 8 julii anno 1663, vivere desiit aetatis anno 36 completo.

Scripsit:

1. *Tractatum de Poenitentia virtute et Sacramento* Opus posthumum Romae editum anno 1674 in folio.

« Opera Ioann. Baptist. a S. Ioseph ejus nepote.

Manuscriptos tractatus:

1. *De proemialibus sacrae theologiae.*
2. *De Gratia.*
3. *De Incarnatione.*
4. *De Sacramentis in genere et particulari ac praecipue de Sacra Eucharistia.*

MSS. tractatus alios reliquit:

1. *De Summulis.*
2. *De Meteoris.*
3. *De omni Ente.*

« Vitam Ejus scripsit jam memoratus Ioann. Baptista a S. Ioseph et Sacrae Congregationis Indicis consultor eamque praefixit Tractat. de Poenitentia ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 352 et seqq.).

13. Seraphinus a S. Francisco

Dictus in saeculo Gaspardus Forget (ex ejusdem nominis familia quae collegium in Accademia Parisiensi fundavit), Auriliaci in Alvernia die 1 augusti 1596 ortus, a parentibus Parisios in idem sui nominis collegium missus, et postea vocante Domino, in coenobio nostro Parisiensi solemnem emisit professionem die 2 mart. 1614.

Magister Novitiorum factus, prior Charentonensis et Tolosanus tantam sibi venerationem comparavit, ut supremi praesides, magnates, principes, episcopi et cardinales charum illum haberent, et ipse Ill.mus praecipue Petrus Seguierius Franciae cancellarius in maioris momenti rebus eum consulere vellet. Claromontanum conventum, cuius fundationem procuraverat anno 1633 die 10 iunii ultimo petens, ibi lethali morbo correptus feliciter obdormivit in Domino actualis provincialis Aquitaniae die 19 octobris anno 1641. — Scripsit:

1. *Regulam ad examinandum Profectum interiorem Animae.* (Gallice).

Parisiis ap. Ioan. Germon an. 1628 in 12. et saepius antea:

« Ex hispanico idiomate R. P. Thomae a Iesu Carmelit. Discalc. nomine suppresso editoris seu traductoris. »

2. *Hominem absconditum* in duas partes distributum. (Gallice).

3. *Vitam absconditam Christi.* (Etiam Gallice).

4. *Discursus in haec D. Pauli verba : Nolite conformari huic saeculo.*

« Quae tria opera MSS. asservab. olim in coenobio nostro Claromontano suppresso aucthoris nomine : quare opinione tantum tradita, nostro Seraphino adiudicantur. »

5. *Exercitiorum Spiritualium Fragmenta.*

« Quae cum vita eiusdem ab anonymo consodali scripta ; MSS. ibidem asservabatur. »

(Martial. a S. Io: Bapte, pag. 354 et seqq. — De Williers T. II suae Biblioth. Carmel. pag. 730, N. 36).

14. Seraphinus a S. Ioanne Baptista

Ianuensis provinciae alumnus.

« Laudavit *Oratione Funebri* Vincentium Cardinalem Costagutum, quae publicae luci commissa est Ianuae anno 1661 cum religione parentalium in oppido Clavari celebratorum, ut habetur ex Raphaele Soprano in cathalogo aucthorum ligurum et ex Augustino Oldoino in Athenaeo Ligustico, pag. 495. »

15. Seraphinus a S. Teresia.

Natione Gallus in saeculo Blasius Chardon dictus, Claromontii in Alvernia natus die 25 aprilis anno Domini 1616. Parisios a parentibus studiorum causa missus est, et ibi in coenobio

nostro die 15 augusti anno 1634 solemnem emisit professionem. Postea sacrae theologiae lector, postquam philosophiam docuisset. Anno 1652 definitor, semel et iterum Aquitaniae provincialis, videlicet ann. 1655 et 1661, ac provinciae Parisiensis visitator generalis. Vir summa humilitate praeditus, qui sacros codices, flexis genibus, semper legebat; orationi semper fere intentus, quam nuspiam intermisit nisi gravissima necessitate cogente: tanta erga infirmos et aegrotos charitate stimulatus, ut in his assidue visitantibus, consolandis et adiuvandis morbum contraxerit, ex quo non potuit convalescere, moriens Burdigalae die 28 novembris an. 1661.

Eius opera referuntur:

1. *Victricis Gratiae Christi Triumphus, de prostrata Scientia Media et erecta supra metas lapsi humani arbitrii libertate.*

« Opus omnibus Augustinianis et thomisticae doctrinae studiosis accomodatum: in quo excutitur liber Francisci Annati scientiae mediae propugnativus. Aucthore Fratre Discalceato Ordinis B. V. M. de Monte Carmelo.

2. *Divinae Motionis ad agendum in omnibus causis secundis requisitae necessitas, multiplicitas et efficacitas a S. Thoma Aquin. stabilita.*

3. *Dissertatio Theologica de mente S. Thomae circa cognitionem futurorum contingentium in actu libero seu decreto divinae voluntatis, et in causis secundis, quae subsunt tali decreto:* duas in partes divisa.

4. *Varii Tractatus Theologici, cum magna claritate et profunditate:* « in quibus acerrime liberi arbitrii indifferentiam contra Iansenium propugnavit; materiam de Gratia Christi iuxta mentem SS. Augustini et Thomae Aquin. plurimum elucidavit.

5. *In decem S. Pauli Ap. Epistolas brevis et clarissima Paraphrasis.*

6. *Expositio Dogmatica in Epistolas ad Romanos et ad Haebraeos.*

« Haec MSS. asservaban. olim in coenobio nostro Claromontano. »

(Martial a S. Io: Bapta pag. 357. — De Williers T. 2. suae Bibliot. pag. 738 N. 44).

16. Serapion a SS. Trinitate

Valencenensis edidit:

Sermones super Salutationem Angelicam.

(Martial. a S. Io: Bapta pag. 358).

17. Servatius a S. Petro

Natione Belga edidit opera quae inscribuntur:

1. *Meditationes* latine scriptae. Tom. 1 in 8.

Coloniae anno 1678. — Antuerpiae an. 1682.

2. *Methodus tripartita, semibrevis et çlara Praxis adiuvandi infirmos agonizantes* triplici lingua Latina, Gallica et Belgica.

Ypris an. 1682. — Gandavi an 1704. — Bruxellis an. 1706 in 12.

3. Transtulit in idem idioma Belgicum *Opera S. M. Teresiae*. Tom. 3 in 4.

Gandavi an. 1697 et 1700. — Iterum Ibidem annis 1711 et 1712.

4. *Opera S. P. N. Ioannis a Cruce*, in 4.

Ibidem anno 1693.

5. *Instructio Novitiorum a Ioanne a Iesu Maria composit.*

« Duplici editione Gandavensi. »

6. *Dolores Iesu Christi a Thoma a Iesu, Ordin. S. Augustini.*

Ibidem annis 1706 et 1715.

7. *Pastor Nativitatis per D.D. de Palafox composita.*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 358).

18. Sigismundus a S. Carolo

Mediolanensis ex illustri familia Piazzi, natus die 25 octobris an. 1744 et solemnia vota dixit die 29 augusti ann. 1763. Fuit praelector, pluries prior, et eruditissimus liturgicus. Obiit Placentiae (actualis prior) die 8 iulii anno Domini 1795. Vir prudentia, integritate, pace, mansuetudine ac doctrina clarus.

Scripsit:

Dissertat. Theologic. Liturgic. et Necrologium suae Longobard. Provinc. ab anno 1769 usque ad ann. 1794.

(Ex Necrolog. Convent. Placent.)

19. Silvester a S. Cyrillo

Natione Hispanus, provinciae Castellae-Novae: vir in exercitiis orationis et vitae spiritualis praeclarus.

Eximium opus reliquit inscriptum :

Oraculum Manuale de rebus Mysticis et Asceticis.

« Servatur MS. in Eremo Bolarcensi quae fundata est anno 1592 die 18 iunii, sub titulo B. V. Mariae de Monte Carmelo. »

(De Williers Tom. II., suae Biblioth. Carmelit. pag. 717, N. 99).

20. Silvester a S. Dominico

Natus in Svevia die 13 septembris anno 1619. Monachii solemnem emisit professionem die 16 februarii anno 1644. Emensis tum philosophiae, tum theologiae studiis, emisso in seminario nostro Romano ad missiones eundi voto, in suam provinciam remissus cellae custodia, orationis assiduitate, regulari observantia clarus, piisque omnibus exercitiis deditus, anno vitae suae octogesimo creatori suo animam suam reddidit anno 1699.

In latinum transtulit opus primum hispane deinde gallice inscriptum :

1. *Consiliarius Spiritualis Praelatorum.* — Tom. 1. in 4.

Romae primum, deinde Herbipoli (emendatius).

« Alium eiusdem aucthoris partum inscriptum. »

2. *De Periculis et Remediis Perfectionis et Pacis Religiosae* — etiam latinitate donaverat, iamque censoribus examinandum subiecerat: sed morte praeventus editum non vidit, et testatur noster Martial. a S. Io: Bapta, in sua Biblioth., pagina 361, ubi de utroque Silvestro agit. »

21. Simon a S. Paulo I

Natione Hetruscus patria Volaterranus ortus die 5 septembris anno Dni 1572 parentibus Paulo Franciosio et Catharina Pisilia. Dum Romae artem medicam cum plausu exercebat, praeteritae vitae dolore tactus ad venerab. Petrum a Matre Dei tunc Italicae congregationis commissarium generalem confugit, cuius consilio in coenobio Romano S. Mariae de Scala habitum nostrum induit die 4 aprilis anno 1604 et anno seq. die 19 maii solemnem professionem emisit in manu R. P. Ferdinandi a S. Maria (elect. I. Praeposit. general. die 2 eiusdem mensis et anni). Emensis in Ianuensi convent. S. Annae theologiae

studiis, institutus est magister novitiorum Cremonae anno 1609 ac Romae anno 1611, deinde Mediolani prior, definitor ac tandem in comitiis Bononiae habitis die 15 aprilis anno 1622 electus fuit III. Longobardiae provincialis.

Orationi ac contemplationi sedulo vacans, eius conversatio coelestis esse videbatur. Fide viva, spe firma, ardenti charitate succensus fuit. Superioribus in omnibus obtemperans, in morbis ac doloribus sustinendis patientissimus, sui abiectione et humilitate excelluit. Nihil intentatum reliquerat, ut in conversorum statum referretur, et in lachrymas resolutus fuit vixque aliquam admittere voluit consolationem; cum obedientia coactus, ad sacrum praesbyteratus ordinem evectus est. Cum ea humilitate, tanta prudentia praeditus erat, ut omnes ad sui venerationem alliceret. Hinc a magnatibus seu ecclesiasticis seu laicis in rebus maioris momenti saepe rogatus, ut sententiam proferret, hanc omnes quasi divinum oraculum sequebantur. Secreta cordium, illustratus coelesti lumine penetravit. Mortem suam tribus mensibus antequam eveniret, praedixit. Superveniente itaque acutissimo calculi dolore, receptis ardenti charitate Ecclesiae Sacramentis, postulata humillime a religiosis suorum defectuum venia, commendata regulari observantia, oculis in coelum intentis, haec verba pronuncians: « Educ de custodia animam meam » feliciter obiit (actualis provincialis) octavo idus septembr. anno 1622.

« Asservabatur olim in Mediolan. coenob. eius effig. cum seq. elog. (*):

VENERABILIS. P. F. SIMON. A S. PAULO. VOLATERRANUS
FORMANDIS. NOVITIORUM. MORIBUS. A. DEO. DATUS
SPIRITUUM. DISCRETIONE
MYSTICORUMQUE. SENSUUM. EXPERIENTIA. MIRABILIS
ZELO. DEI. FLAGRANS
SUI. IPSIUS. CONTEMPTU. CELEBRIS
IN. DIEBUS. SUIS. NON. PERTIMUIT. PRINCIPEM
OBIIT. MEDIOLANI. PROVINCIALIS. LONGOBARDIAE
OCTAVO. IDUS. SEPTEMBRIS
ANNO. MDCXXII
MIRACULIS. CLARUS

(*) Composit. a P. Sigismundo a S. Catharina Cremon. ex nobili familia Barbò Fratr. German. R. P. Ioan. Bapta a S. Petro Longobard. Provincial. an. 1640. Cum fama eximiae sanctitatis ac doctrinae obiit P. Sigismundus Cremonae anno 1669 die 27 novembr. aetat. 77.

« Praeter plura opuscula spiritualia, quae reliquit MSS. post eius mortem, italice, edita sunt sequentia :

1. *Reformatio Hominis.* (Opus aureum).
2. *Scrutinium Spirituale.*
3. *Disciplina Claustralis.*
4. *Horae pomeridianae.*
5. *Instructio ad cognoscendum quinam vocantur ad Statum Religiosum.*
6. *Sententiae Spirituales.*

« Quae omnia duobus tomis in 4. collecta prodierunt Novocomi ann. 1662, typ. Nicol. Cugrani, opera et cura E.mi Card. Benedicti Odescalchi postea Innocent. XI Pontif. Rom. Iterum Ibidem anno 1664. Denuo Venetiis ap. 1694 typ. Ioan. N.N. ; Florentiae ap. Petrum Matini an. 1695 ac denique Veronae p. Dionys. Ramanzini anno 1752. Edita sunt etiam gallice Lugduni ann. 1662 tom. 2 in 8. a R. P. Brunone a S. Iacobo etc. »

« Vitam eius scripserunt Marcus a S. Ioseph, Longobardiae provinciae, et Ioannes-Ioseph a S. Anna, provinciae Venetae. »

22. Simon a S. Paulo II.

Patria Novocomensis ex nobili familia Lucini. Fuit magister novitiorum, prior Varisii ; Cremonae ; bis Bononiae ; bis pariter Placentiae atque examinator synodalis, definitor provincalis, socius capituli generalis, visitator generalis provinciae Romanae ac tandem in comitiis Mediolani habitis die 6 maii anno 1724 electus est XL. Longobardiae provincialis.

Obiit Placentiae die 20 februarii anno salutis 1740 aetatis suae 82. Vir ob pietatem ac doctrinam Georgio Barno placentino episcopo, Aestensibus Farnesiisque principibus charus, magno in honore ab eis est habitus. — Scripsit :

Litter. Pastoral. ad suos Longobardiae Provinciae subditos.

(Ita ex Necrolog. Placentini Coenob.)

23. Simon a Spiritu Sancto

Neapolitanus et suae provinciae definitor provincialis anno 1655: theologus vir non minus religionis quam litterarum gloria celebris. Migravit Neapoli peste correptus anno 1656.

Edidit :

1. *Chronologiam Carmeliticam, in aes incisam.* — Tom. 1 in folio.

Surrenti anno 1640.

2. *Vitam et Passionem S. Venerandae Virginis et Martyris* « a Graecis Parasceves appellatae, quae maxime colitur in Calabria. »

Neapoli anno 1656 (pro secunda editione).

« De S. Veneranda in Galliis martyrium passa tractat Tillemontius Tom. IV. Histor. Eccles. pag. 348. — Historiam autem S. Venerandae impugnat aucthor libri gallice inscripti: « Les Moines empruntés », Tom. II. c. 18 n. 6 pag. 95. »

3. *De Confraternitate S. Scapularis.*

(Martial. a S. Jo: Bapta, pag. 359. — Vid. De Williers Tom. 2 suae Biblioth. Carmelit. pag. 749 et 750, N. 67).

24. Simon Stok ab Annuntiatione

Natione Helvetius, ex sacerdote et pastore carmelita discalceatus Lugduni Sebusianorum anno Dni 1620 factus : vir humilitate, charitate, vitae asperitate, patientia, obedientia, sui abiectione ac dilectione proximi clarus. Obiit piissime Lutetiae Parisiorum anno 1625 die 31 decembris.

Scripsit :

De Vita Spirituali Tractatum egregium.

« Qui MSS. asservab. olim in coenob. n.ro Parisiensi. »

(Martial. a S. Io: Bapta, ut sup. loco citato).

25. Simon Stok a S. Maria

Natione Anglus, Italicae congregationis primus missionarius in Anglia, theologus celebris: vir amore Dei succensus, omnes suos fratres humilitate, charitate animi candore, regularis observantiae zelo, religione et exemplo perstrinxit.

Edidit circa annum 1645 :

1. *De Rebus Fidei contra Protestantes, Tractatum* (Anglice).

Londini ann.... in 4.

2. *De Visibili Sacrificio, Tractatum.* (Anglice).

Ibidem ann.... in 4.

3. « Tractatum Spiritualem in tres partes divisum, qui inscribitur :

Quies, Requies et Felicitas. (Anglice).
Ibidem ann.... in 12.

4. *De Ingressu Ordinis Carmelitici in Angliam, Tractatum.* MS.

« Plura alia MSS. tum latine tum anglice perierunt in Angliae tumultibus.»

(De-Williers, T. II, Biblioth. Carmelit. pag. 762, N.° 70).

26. Simphorianus a S. Andrea

Burgundiae provinciae alumnus, electus die 7 maii anno 1740 Italicae congregationis XLVI. praepositus generalis.

Obiit Vesuntione die 9 februarii anno 1775 aetat. 86.

Scripsit:

Litter. Pastoral. ad totam suam Italicam Congregationem.

« In sua Burgundiae provincia habuit fratrem nomine Emmanuelem a S. Alberto qui fuit anno 1750 creatus Episcopus Babylonensis, vicarius apostolicus in Perside et Franciae nationis consul. »

27. Stanislaus a S. Bartholomaeo

Papiensis et Longobardiae provinciae alumnus. Fuit lector, pluries prior atque definitor provincialis.

Obiit Bononiae die 11 martii anno Domini 1694 aetatis suae 60.

(Ita ex Necrolog. Longobard. provin. pag. 19).

« Quam maxime fuerit in omni disciplinarum genere versatus, suadet opus ab eo compositum, et inscriptus ordine alphabetico:

Definitorianum Universale Scientiarum. — Tom. 1 in folio. (Latine).

Bononiae anno 1635.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 360).

28. Stanislaus a S. Francisco de Paula

Provinciae Romanae ex-Provincialis; ex hispanico sermone in italicum vertit:

Tom. III. et IV. Operum R.mi Iosephi-Antonii a

S. Alberto Carmelit. Discalceat. Platensis sive Carchensis Archiep.

Romae ann. 1793 typ. Lazzarini.

(Vid. superius art. propr. N. 136).

29. Stephanus a S. Ioanne Evangelista

Natione Batavus patria Ultrajectensis. — Scripsit idiomate belgico:

1. *Historiam Antistitum et Civitatis Ultrajectensis.*

2. *Historiam* seu *Crudele Martyrium Dionysii a Nativitate et Fr. Redempti a Cruce Carmelit. Discalc.*

Bruxellis anno 1652.

« Ubi anno sequenti 1683 die 23 martii obdormivit in Domino.

Teste Martiali nostro in sua Biblioth. pag. 360. »

30. Stephanus a S. Ioseph I.

Patria Gradensis, novitius Matritensis, prior Caesar-Augustanus congregationis hispanicae Generalis Pastranae anno 1631 electus.

Vir magnis decoratus virtutibus, prudentia, vitae regularitate, oratione, poenitentia et doctrina percelebris. Migravit in coelum Mantuae Carpentanorum die 27 martii anno Christi 1637 paulo ante capitulum generale suae congregationis, postquam nonnulla scripsisset opera quae inscribuntur hispanico sermone:

1. *Carta Pastoral a los Religiosos de la Congregacion de España.*

2. *Instrucion a los Provinciales y Priores,* in 12.

« Utraque haec Epistola prodiit Matriti anno 1634. »

3. *Ordinario o Ceremonial de la Orden.*

« Istud coeremoniale secernendum est a coeremoniali, quod postea prodiit Matriti anno 1679 cura Sebastiani a Iesu M.a. »

4. *Epistola ad Charis. Virum Michaelem de La-Nuza — De Vita Soror. nostrae Matr. Isabellae a Sancto Dominico.*

« Legitur ante vitam dictae Isabellae. »

(Martial. a S. Io: Bapta pag. 361).

31. Stephanus a S. Ioseph II.

Natione Navarrus, patria Pompeiopolitanus, prior Barchinonensis anno 1652 et Vallisoletanus an. 1655, deinde definitor generalis an. 1664, et post obitum Gabrielis a Matre Dei generalis, vicarius generalis : tandem anno 1667 electus generalis.

Vir cui tanta morum formandorum inerat cura, cum cultum ingenii admirabilis profiteretur; ut quos verbis instruebat, exemplis virtutum continuis quoque erudiret.

Scripsit :

Epistolam Pastoralem ad totam suam Hispanicam Congregationem.

(De Williers, Tom. II. suae Biblioth. Carmelit. pag. 771, N. 187).

32. Stephanus a S. Petro

Natione etiam iste Navarrus, sed patria Corelliensis. Solemnem professionem emisit in coenobio nostro (provinciae Romanae) Tusculano die 1 augusti anno gratiae 1622. Postea jubentibus superioribus, in provinciam Germaniae missus, ubi philosophiam ac theologiam summo cum plausu docuit; ejusdemque provinciae definitor. Vir magnae virtutis et religionis, solidique ingenii et reconditae eruditionis fama celebris.

Scripsit circa annum 1664 :

1. *In 1. Part. D. Thomae Aquin. Commentaria et Disputationes eruditissimas.*

2. *De Gratia Tractatum.*

3. *Tractatus quosdam Theologicos.*

4. *Metaphysices Compendium.*

5. *Alia quaedam etc.*

« Haec omnia MSS. servantur in nostris Conventibus Germanice ».

(De Williers Tom. II, suae Biblioth. Carmel., pag. 773, N. 93).

33. Stephanus a SS. Petro et Paulo

Provinciae Venetae alumnus. — Edidit Italice :

Vitam S. M. N. Teresiae a Iesu ab Ipsa scriptam.

Cum esset in N. Missionibus scripsit etiam : *1. Grammaticam et Dictionariolum linguae Indostanicae cum compendio Catechismi Christiani. — 2. Vocabularium vulgaris*

linguae Malabaricae — 3. Nonnulla opuscula, in lingua Telenganica, Bengalina etc. — Adnotatio Auctoris Supplementi.

Venetiis per Simon. Occhi anno 1752.

34. Syrus-Ioseph a Iesu Maria

Patria Papiensis et Longobardiae provinciae alumnus, Vir spectatae virtutis ac doctrinae. Obiit Papiae anno 1737 die 2 sept. aetat. 61.

Edidit:

Varia opera Spiritualia ac Moralia.

(Ita ex Necrolog. Longobardiae Provinc. pag. 39).

I. S. M. Teresia a Iesu I.

In saeculo dicta Teresia de Cepeda et de Ahumada Natione Hispana Abulae nata die 28 martii anno Domini 1515. Carmelitanam Antiquae regularis observantiam in monasterio Incarnationis anno 1536 die 2 novembris, vestem sub R. P. Antonio Lara, provinciae Castellae priore provinciali accepit novitia, et anno sequentì 1537 die 3 novembris professionem emisit. Tandem anno 1562 die 24 augusti extitit reformatrix Ordinis Carmelitici.

Ipsa vero singularis Hispaniarum Patrona, magnum Ecclesiae lumen, immortale Ordinis sui ornamentum ac immensus scientiarum divinarum puteus, sanctissimam efflavit animam Albae (quem Duces, inde dicti Albani, locum in Veteri Castella possident) quarto nonas octobris, quae dies in annum millesimum octingentesimum secundum incidens Gregoriana kalendarii reformatione memoratissimum ad annos sequentes Idibus ipsis fuit constituta. Vixit S. M. Teresia annos 67 menses sex et dies septem. In Album sanctorum relata est a Gregorio XV Romano Pontifice anno Christi 1622 die 12 martii.

Ejus Tumuli inscriptio sequens habetur:

D. O. M.
RIGIDIS CARMELI PATRUM RESTITUTIS REGULIS:
PLURIMIS VIRORUM FOEMINARUMQUE
ERECTIS CLAUSTRIS MULTIS VERAM VIRTUTEM DOCENTIBUS.
LIBRIS EDITIS. FUTURI PRAESCIA. SIGNIS CLARA.
COELESTE SYDUS AD SYDERA ADVOLAVIT B. V. TERESIA
IV. NON. OCT. M. DLXXXII
MANET SUB MARMORE CINIS. SED MADIDUM CORPUS
INCORRUMPTUM PROPRIO SOAVISSIMUM ODORE
OSTENSUM GLORIA.

Scripsit Hispanico idiomate:

1. *Su vita y algunas mercedes que Dios la hizo, escrita por mandado de su Confessor.* — (Nec semel hanc suam vitam scripsit S. M. Teresia).

« Ante sacram almo Iosepho Domum Abulae extructam primum circa annum 1562. cujus mense junio imposuit vitae

suae ultimam in Toleto urbe manum: deinde, ut creditur, anno 1563 aut sequenti priorem scripturam in Capita distinguens atque illius, quod memoravimus, Abulensis monasterii fundationem nuperam adjicieus. Adjunctum fuit vitae huic fragmentum, quod ad manus Ludovici Legionensis Augustiniani theologi celeberrimi inter alia Teresiae scripta pervenit; quod plura continet revelata Sibi a Deo, incipitque: — Esto me dixo el Señor un dia etc. — secunda illam quidem autographa vitae hujus editio in Laurentiana Bibliotheca regia Escurialensi, cum aliis Illius operibus propria manu exaratis custoditur ».

2. *Camino de Perfecion.*

« Hic liber secundus et ordine temporis scriptus in fine anni 1563 aut in principio 1564 in monasterii Abulensi S. Ioseph jussu celeberrimi P. Dominici Bannez Ei a Confessionibus ».

3 *Las Fundaciones* monasteriorum opera sua erectorum.

« Hunc librum composuit in monasterio suo Salmanticensi, jussu R. P. Ripaldae societatis Iesu Collegii Salmanticensis rectoris, qui tunc Ei a confessionibus erat. Retulit in scripto primum fundationem S. Iosephi monasterii ad urbem Abulam anno 1562. Cui post undecim annos adjunxit septem aliorum foeminis, duorum viris et anno 1576 quatuor similium foeminis, inde 1580 totidem iisdem, omnium fundatorum relationem ».

4. *Castillo interior o las Moradas.*

« Morem gessit in hoc formando opere Hieronymo Gratiano a Matre Dei anno 1577 in monast. Abulensi, illudque intra sex mensium spatium perfecit, cum tunc durius in filios persecutio soeviebat, ipsaque gravioribus premeretur angustiis et infirmitatibus. Perfectum obtulit eidem Hieronymo Gratiano rogans ut confessario suo Didaco Yvagnez communicaret ».

5. *Del modo de visitar los Conventos de Religiosas.*

« Opusculum illud Hieronymi Gratiani jussu scripsit pro visitatoribus, salutaribus monitis refertum. Si tempore quo idem Hieronymus Gratianus provincialis munere fungebatur scriptum est, ad annum 1580 referendum est ».

6. *Exclamaciones o Meditaciones del Alma su Dios.*

« Hae meditationes sunt numero septemdecim post sacram communionem diversis diebus anni 1579 conscriptae.

7. *Conceptos de Amor de Dios sobre algunas palabras de los Cantares de Salomon.*

« Quasi continuationes videntur isti conceptus septimae mansionis Castri animae. Iussu eorum quibus non parere piaculum putasset, expositionem hanc in Cantica canticorum aggressa est. Scripti conceptus hi videntur circa annum 1577 ».

8. *Siete Meditaciones sobre el Padre Nuestro accomodatas a los Dias de la Semana.*

« Harum in Orationem Dominicam meditationum aucthorem censuit Iacobus Echard Ordinis S. Dominici theologus doctissimus, Petrum Girardel Burgundum ejusdem Ordinis religiosum. Amisso illarum autographo repertum est earum transumptum in eodem Codice, in quo erant Conceptus Amoris Divini seu expositiones in Cantica canticorum. Qui Codex pertinuit ad D. Isabellam de Avillaneda Dionysii de Cardenas Consilii Ordinis Praesidis uxorem ».

9. *Avisos para sus Monjas.*

« In ista consilia spiritualia P. Alphonsus Andrada societatis Jesu, duobus voluminibus Hispane edidit Commentaria. Sed alia S. M. Teresiae plura Monita collegit, egregiisque notis illustravit piissimus Joannes Palafox Episcopus Oxomensis ».

10. *Unos versus de la Sancta Madre nacidos del fuego del Amor de Dios que ensi tenia.*

« Ista cantica spiritualia satis feliciter Gallicis versibus transtulit ac in sua versione Gallica inseruit Cyprianus a Nativitate Carmel. Discalc. »

11. *Las Cartas,* duobus tomis hae Epistolae Caesar-Augustae editae sunt anno 1658 in 4. Quibus notas utilissimas addidit supradictus Ioannes de Palafox. Prodierunt iterum ibidem.

12. *Constituciones para sus Monjas.*

Matriti anno 1663 ap. Ioann. de Valdes.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 370, 381 et seqq. — De Williers, T. II suae Biblioth. Carmelit. pag. 778 et seqq. N. 3).

« De variis operum S. M. N. Teresiae a Iesu editionibus

et versionibus consulendi sunt scriptores Ordinis nostri, et praesertim P. Frideric. a S. Antonio, in vita S. M. Teresiae ab Eo composita et edita Venetiis anno 1768, lib. 4, cap. 10 et in praefat. oper. pag. IX. Posterius hisce temporibus opera S. M. Teresiae translata fuerunt in gallicum idioma a R. P. Brouix S. J. et edita Parisiis anno 1852. Nunc autem magno labore, et eximia diligentia eduntur Mutinae italico sermone translata a R. P. Camillo Mella Soc. Iesu. — Jam prodierunt 6 volum. ».

Anagramma

THERESA, TER ES A. H. IDEST ALIUS HOMO.
Triginta ante duos est natus in orbe Lutherus
Annos: quam Virgo nata Theresa fuit.
Ut, quia Virgineos curabat tu lere coetus
Ille Deo Sacros, jungat et ista novos:
Cerberus idcirco teritur mucrone Therasae
Sic Teres A. H. Alius nunc homo Virgo terens.

2. Teresia a Iesu II.

In saeculo dicta Domina Briganda de Acuña Vela, Abulae anno Dni 1576 die 17 augusti, Illmis parentibus Gonzales Delgadillo et Avellaneda primo Comite de Castillo et Maria Vela de Acuña orta; in monasterio nostro Vallisoletano novitia facta die 16 januarii anno 1602, postea priorissa dignissima.

Virgo Deo, Angelis et hominibus chara, magnum Hispanicae Congregationis ornamentum, praeclara virtutibus et signis mirandis, generis splendore, patientia, oratione, mortificatione, animi puritate, corporis castitate, humilitate et obedientia incomparabilis. Sanctissimam efflavit animam Vallisoleti anno Gratiae 1630 die 22 martii inter horam octavam et nonam matutinam.

Scripsit:

1. *De propria vita relationes.*

« Quibus usus est in ejus vitae describenda Michael-Baptista de la-Nuza Eques Ordin. Milit. S. Iacobi regi catholico a Consiliis cap. 4 usque ad cap. 29 ».

2. *Epistolas nonnullas.*

« Quarum una ad R. P. Ioannem a Spiritu Sancto Congregat. Hispan. Generalem legitur in vita ejusdem Teresiae cap. 145 ».

(De Williers Tom. II, suae Biblioth. Carmelit. pag. 780, N. 5).

3. Teresia a Iesu III.

Natione Galla priorissa Vesontionensis apud Sequanos virtute et ingenio conspicua. Sub anno 1631 composuit :

Vitam sororis nostrae Genovefae a S. Dionysio monasterii Cabillonensis « quae ibi obdormivit in Dno cum magna sanctitatis opinione 16 decembr. 1611 ».

(De Williers ut supra loco citato.

4. Teresia a Iesu-Maria I.

Natione Hispana professa in monasterio nostro Cuerviensi, virgo Angelicae puritatis et eximiae sanctitatis fama illustris. Usu rationis per triennium privata, una solummodo sacra Synaxi corroborata extitit. Ex hac luce migravit anno 1641 die 9 januarii. Cujus corpus post decessum remansit longe formosissimum et tractabile, suavissimum planeque coelestem exhalans odorem: qui etiam ita adhaesit Cubiculo, in quo obiit, ut longo post tempore janua ac fenestris apertis semper perseveraverit.

Scripsit jussu suorum superiorum :

Historiam vitae suae.

(De Williers, ut supr. pag. 781 N. 6).

5. Teresia a Iesu Maria II.

In saeculo Ioanna ex comitibus Ghini Caesenae nata anno salutis 1713.

Digno se coniunxit viro Dno Scipioni comiti Claromontii patritio Caesenatensi de quo filium genuit, et die 14 augusti anno 1742. peperit, nomine Gregorium-Barnabam qui relicto saeculo monasticum habitum congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti sumpsit et insignivit. A Pio VI. Pontif. Maxim. Episcopus Tiburtinensis creatus: dein ad Imolensem Ecclesiam translat. die 14 februarii anno 1785, et ipsa die ab eodem

Pontifice in Purpuratorum Patrum collegio adscitus fuit. Tandem in conclav. Venetiis habito die 14 martii anno 1800 ad sedem apostolicam sub nomine Pii VII. sublimatus.

Defuncto amantissimo coniuge Ioanna Fanum (urbs in stat. ecclesiast.) perrexit, et in monasterio nostrarum monialium (fundat. anno 1632) transacto tyrocinii anno Deo totaliter se consecravit solemnioribus votis emissis.

Priorissae officium pluries exercuit cum summa laude et magno regularis observantiae incremento. Obiit virtutum omnium clara die 22 novembris anno Christi 1773.

Scripsit:

Exhortationes Monasticas et Monita Spiritualia pro Monialibus suis.

6. Teresia ab Incarnatione

Natione Aquitana in Burdigalensi nostro monasterio professa postea Taurinensis asceterii priorissa anno 1660.

Scripsit:

1. *Relationem Vitae Venerab. Sororis Franciscae a SS. Sacramento.*

« Quae Burdigalae sancto fine quievit anno Dni 1624. »

2. *Relationem Vitae Sororis Teresiae a S. Ioseph.*

« Ibidem defunctae eod. anno. »

3. *Relationem Vitae Sororis Mariae ab Assumptione B. V.*

« Ibidem mortuae eod. anno 1624. »

(De Williers Tom. II, suae Biblioth. Carmelit. pag. 781, N. 7).

7. Teresia-Margarita ab Incarnatione

In saeculo Catharina filia Ser.mi Odoardi Farnesii ducis Parmensis et Ser.mae Margaritae Mediceae nata die 5 septemb. an. 1637. Professionem solemnem emisit in patrio monasterio die 25 martii anno 1663. Ad coelestem sponsum evolavit die 27 aprilis an. 1684.

Scripsit:

Varia Opuscula Spiritualia (quae non sunt edita).

« Vitam admirandae huius Virginis praelo dedit Parmae anno 1691 P. Maximus a Purificat. B. V. »

8. Theodorus a S. Maria

In saeculo Franciscus-Antonius Lucchetti natus Romae die 5 augusti 1744. Solemnem professionem emisit in Romano coenobio S. Mariae de Scala die 20 septembris anno 1765. Obiit in urbe die 8 martii anno 1808. Fuit lector, prior, definitor, provincialis Romanae provinciae, procurator generalis, electus motu proprio a Pio VII. Pontif. Maxim. anno 1807 poenitentiarius vaticanae basilicae, consultor S. R. C. indulgentiarum, examinator episcoporum et postulator causs. seq. ven.

1. Dominicae de Paradiso Monial. Ordin. Praedicatorum.

2. Sororis nostrae Teresiae-Margaritae a Corde Iesu defunct. in Mon. Florentiae.

3. Sororis nostrae Teresiae a Iesu (Sororis E.mi Leonardi Cardinal. Antonelli).

Edidit:

1. *De Jubilaeo.* Tom. 1 in fol. (Latine).

2. *Vitam Venerab. Teresiae-Margaritae a Corde Iesu, defunct. in monasterio nostro Florentino.* T. 1 in 8, (Italice).

3. *Anima devota SS. Sacramenti.* T. 1 in 12. (Italice).
Romae ann. 1791 et postea Florentiae anno 1824. (4. Edit.)
Iterum Ibidem ann. 1827, typ. Francisci Bourlié tom. 3 edit. 4.

4. *Novena della Trasverberazione del Cuore della S. M. Teresa di Gesù.*
Roma 1804 et postea 1810 pel Fulgoni.

9. Theodorus a Spiritu Sancto

Romanus in saeculo vocatus Thomas filius Dni Blasii Tolli et Dnae Victoriae Belloni. In manibus R. P. Hyacinthi a S. Catharina Italicae congregationis praepositi generalis solemnia vota dixit die 16 augusti anno Domini 1713, aetatis suae an. 21 in coenobio S. Mariae de Scala in urbe. Emenso studiorum cursu munia praelectoris, examinatoris episcoporum atque cleri Romani, nec non consultoris S. Rit. Congregat. summa cum laude exercuit.

Anno 1764 die 23 februarii, hora quarta pomeridiana prope hospitium carmelitar. discalc. congregationis hispanicae vehementissimo apoplexiae ictu correptus in eodem hospitio

translatus, et Sacram. Extremae Unctionis tantum munitus, creatori suo animam, reddidit hora undecima serotina ejusdem diei.

Edidit:

1. *Tractat. de Indulgentiis.* Tom. II. in folio.

Romae typ. Pallad. anno 1743.

2 *De Jubilaeo.* Tom. I. in fol.

Ibidem apud Lazzarini anno 1750.

10. Theodorus a S. Teresia

Natione Belga Tornacensis patria, provinciae Germaniae, sacrae theologiae professor, prior Coloniensis, Viennensis et Graeciensis, definitor suae provinciae, postea primus socius capituli generalis et iterum anno 1664 primus definitor. Vir ingenio et eloquentia magnus, virtute et religione praeclarus, in linguis latinis, gallicis, italicis, hispanicis et germanicis versatus.

Scripsit et edidit:

1. *Compendium Privilegiorum, Gratiarum et Indulgentiarum Sacrae Confraternitatis B. V. M. de Monte Carmelo.*

Viennae typis Matthaei Formicae anno ....

2. *Vitam Venerab. Fratr. Ioannis a S. Ursula, Germani, Carmelit. Discalc. Graecii cum opinione sanctitatis defuncti,* libellis duobus exaratam.

3. *Gymnasium Philosophiae Christianae* sive *Praxim bene moriendi* « a R. P. Martino a Matre Dei compositam ex hispanico in latinum vertit idioma. »

Viennae typ. Gregorii Gelbhaar 1640 et Coloniae 1641 in 12.

4. *Epistolas Anagogicas et Paraeneticas Venerab. P. Ioann. a Iesu M. Italicae Congregat. Praepositi Generalis* ex italico sermone in latinum transtulit.

Coloniae ap. Iodocum Kalcovem anno 1650.

(Martial. a S. Io: Bapta pag. 499. — De Williers, Tom. II suae Bibliot pag. 795 N. 22).

11. Theodosius a S. Agricola

Natione Gallus patria Carnotensis provinciae Avenionensis alumnus.

Scripsit:

Lib. De Prospectiva variis figuris exornatum.

« Et praelo paratum anno 1644. »

(De Williers ut supr. pag. 799, N. 25).

12. Thomas Aquinas a S. Ioseph I.

Monferrandi prope Claromontium in Alvernia, natus, dictus in saeculo Christophorus Pasturel unus e primis nostris patribus Gallis Dominici a Iesu discipulus. Professionem solemnem Parisiis emisit die 11 decembris anno 1612 aetatis suae an. 19. Prior Claromontensis et Riomensis primus Aquitaniae suae provinciae definitor. Vir non solum observantia regulari, sed eruditione tum ecclesiastica, tum prophana clarissimus; vates latinus celebris, linguarum peritia insignis. Obiit Claromontii die 6 novembris anno Domini 1649.

Eximia eius doctrinae monumenta sunt:

1. *Dissertatio Historico-Theologica de Patriarcatu Eliae.*

« Ad Ioachimum Destain Arvernorum Episcopum. »

Parisiis ap. Petr. Baillet anno 1632 et
Coloniae anno 1640 in 8. auctior. (Latine).

« Cuius meminit Dorotheus a S. Renato pag. 540. »

2. *Ultima Sanctorum Verba, ex eorum vitis excerpta ad Fidelium Instructionem bene vivendi et moriendi, cum Discursu contra oblivionem mortis.*

Parisiis ap. Anton. Bertier an. 1643 in 12 (Gallice).

3. *De Origine atque Primordiis Gentis Francorum* ab aucthore incerto, sed qui Caroli Calvi, cui inscriptum est hoc opus, aetate vixit: cum notis Histor. Thomae Aquinatis a S. Ioseph.

« In quibus e veteribus monumentis plura illustrandae tum ecclesiasticae tum civili Francorum historiae opportuna eruuntur. »

« Accedit *Dissertatio de Avisitinensis Episcopatus nomine, situ, institutione, progressu et praesulibus.* »

Ibidem ap. eumd. typ. an. 1641 in 4. (Latine).

« De isto Episcopatu loquitur Iacobus Le-Long in Bibliot. Histor. Franciae, pagina 149, Num. 3263 et pagina 523 Num. 6876 etc. »

4. *Tractatus de heroicis virtutibus ac supernaturalibus perfectionibus Vener. Matr. Annae a S. Bartholomaeo Sociae S. M. Teresiae, ac unius e sex Hispanis institutricibus Monialium Carmelit. Discalc. in Gallia et Belgio.* — T. 1 in 12.

Ibidem ap. Sebast. Huré anno 1646. (Gallice).

5. *Vita Venerab. Matris Galiotae, venerab. P. Bernardi a S. Ioseph Carmel. Discalc. Sororis* « quae, ex nobilissima stirpe de Vaillac monialis facta est ordinis S. Ioannis Hierosolomyt. sive Melitensis, ac priorissa hospitalis Belli-Loci in dioecesi Cadurcensi atq. dicti Ordin. in Galliis Reformatrix fuit.

Parisiis ap. eumd. typ. anno 1633 in 8. (Gallice).

« Huius meminit Iacobus Le-Long in Libl. Hist. pag. 296 Num. 6400 et vir clariss. Lenglet in cathalog. scriptor. hist. Tom. 3 pag. 190. »

6. *Vita S. Calmini Aquitaniae Ducis Monasteriorum S. Teophredis in Villaniorum Tractu et Mosacensis prope Riomum in Alvernia Fundatoris.*

« Oppidi Aquitaniae prope Tutelam in inferiori tractu Lemovicensi Patroni. »

Tutelae anno 1646 ap. I. Dalvy in 8. (Gallice).

« Quin et simplicem ex latino sermone Bernardi Guidonis Episcopi Lodovensis Gallicam versionem appellat Iacobus Le-Long in sua biblioth. pag. 225. n. 4883.

« Ad calcem Vitae S. Calmini additum est testamentum latinum Guillelmi Sudre in eodem oppido Aquitanae nati, conventus Brivensis non longe a Tutela ordinis praedicatorum professi: cuius meminit vir clariss. Stephanus Baluzius Tom. I. vit. summ. pontif. Avenion. pag. 990 et R. P. Echard Tom. I. scriptor. ord. praedic. verbo Guillelmus Sudre. »

7. *Pro sodalitio Sacri Scapularis adversus duplicem Dissertationem Ioannis de Launoy Theologi Parisiensis, Dissertationes duae Apologeticae.*

« Quarum una visionem Dei-parae B. Simoni Stokio factam donumque scapularis: altera privilegium Sabbatinum asserit et propugnat. E re nata potissima praesidia, e quibus idem Launoy adversus Lazari et Magdalenae adventum in

Gallias ac missum primo Ecclesiae saeculo Dionysium Parisiorum Episcòpum pugnavit ex eius principiis convelluntur. »

Tutelae anno 1648 in 8. (Latine).

« Integrum huius operis titulum refert Ioannes-Petrus Niceron, Tom. 33. Commentariorum de Viris Illustribus in re litteraria, pag. 102. »

« Ipse Ioannes Launoyus in praefatione ad suam de visu Simonis Stochii, Dissertationem secundis typis pressam pag. 6 conqueritur de Thoma Aquinate cap. 3. posterioris dissertationis dicente: Digna plane sunt verba illa Dissertatione (Launoyana) edita Lugduni Batavorum in officina elzeviriana. Neque certe graviora et audaciora in ordinem religiosum non exigui in ecclesia nominis, omnesque illius ascetas ex ea urbe haeretica, et in qua ordinum religiosorum summum odium est. »

« Quibus verbis (inquit Launoyus) adhuc mihi turpiter imposuit. Non enim religiosum ordinem sed nonnullos in ordine religioso degentes accuso. »

8. *Observationes Historicae in Discursum Historicum Ludovici Cantarelli Fabri de Matrimonio Ausberti et Balitildis etc.*

« Codex Gallice MS. in Bibliotheca S. Maglorii Parisiis asservatur inter MSS. virorum clarissimorum Domin. San-Marthanorum; teste Iacobo Le Long in Biblioth. Hist. Franciae gallice edita p. 524 n. 9889. »

9. *De Passione Domini.* Lib. 1. (Gallice).

Parisiis anno 1635.

10. *Epistolae ad Iacobum Auzolium Peyrium.* (Gallice).

« Leguntur editae in eiusd. Peyrii Mercurio Charitativo. »

11. *Epistola ad Renatum Gros a S. Joyrio Equitem Torquatum* editam.

12. *Antitheses inter Pomum ab Adamo gustatum et Cibum Eucharisticum; aliquot Psalmorum Paraphrasis Poëtica.* MSS.

13. *Dissertatio de scriptis et rebus gestis Flodoardi Ecclesiae Remensis*

« Hanc edere sibi proposuerat cum eiusdem Flodoardi libris XIX. metricis. MS.

14. *Dissertatio MS. de Patria Caii Solii Sidonii Apollinaris Avernorum Episcop.* (Latine).

15. *Libellus Apologeticus pro Virginitate S. Eliae Prophetae adversus Didacum de Baeza Societ. Iesu Theologum* MS. (Latine).

« Similem apologiam editam Mexici anno 1641 adiudicavimus nostro Ioanni a Regibus, adversus quemdam concionatorem. »

(Vid. superius art. propr. N. 56).

16. *Vitam S. Ioachim Dei-parae Aug.mae Parentis Sanctissimi.* MS. (Latine).

17. *Monarchia Sancta, Historica, Chronologica ac Genealogica Franciae* « a R. P. Dominico a Iesu composita latine (vid. sup. art. prop. N. 20) a nostro Thoma Aquinate notis marginalibus illustrata, MS.

« Quam Modestus a S. Amabili (vid. superius art. propr. ex latino in gallicum idioma translatam edidit Claromontii duobus tomis quorum primus anno 1670 et secundus anno 1677 prodiit. »

18. *Efficacia Christi Patientis ac Morientis in Cruce* MS.

« Quam Martialis a S. Io: Bapta in sua Bibliot. pag. 421 in conventu nostro Riomensi vidisse se testatur approbatam a D. Pereyret doctore Parisiensi die 8 novembris anno 1634. »

« Et alia forte non est ab opere quod inscribitur *Passio Christi* quod editum asseverat Parisiis anno 1635 (Gallice) ut annotavimus N. 9. »

(Vid De Williers, in sua Biblioth. Carmelit. Tom. II, pag. 799 et et seqq., N. 28).

13. Thomas Aquinas a S. Ioseph II.

Provinciae Ianuensis alumnus, concionator celebris: cuius

Conciones pro Quadragesima prodierunt

Venetiis anno 1728.

« Quo noster Martialis a S. Io : Bapta scribebat suam Bibliothecam. »

14. Thomas Aquinas a Nativitate B. V.

Venetae provinciae alumnus. Obiit anno . . . .

Edidit :

1. *Institutiones Philosop.* Tom. V. in 4.
2. *Institutiones Theolog.* Tom. V. in 4.
Venetiis ap. Occhi an. 1760 et 1761.

15. Thomas a S. Cyrillo

Natione Lusitanus patria Ulyssiponensis, sacrae theologiae professor, diversis in locis prior, provinciae suae praefectus et Hispanicae Congregationis definitor generalis.

Edidit opus inscriptum:

Gloria Matris Ecclesiae ex consideratione cap. 15 *secundum Lucam*, scilicet, in Ove deperdita, hoc est peccatore ad ovile deducendo. Tom. I.
Segoviae anno 1637 in folio.

« Qüem etiam Tomum I. duo alii excipere debebant quibus aliae duae parabolae explicarentur: sed hactenus typis abfuerunt ».
(Martial. a S. Io: Bapta pag. 409).

16. Thomas a Iesu I.

Natione Hispanus provincia Boeticus, patria Beaciensis, in saeculo dictus Didacus seu Dia-Sanchez Davila. Solemnem professionem in coenobio nostro Vallisoletano emisit die 5 aprilis anno 1587. Sacrae theologiae professor, prior Coesar-Augustanus, provincialis Castellae et Hispanicae Congregationis definitor generalis, in qua eremorum constructionem promovit; ita ut superatis quibusdam difficultatibus anno 1592 rem ad optatum finem perduxerit, primaque Borlaci eremus non longe a Pastrana ad Tagum fluvium fundata sit. Dumque provincialem Veteris Castellae gereret, tunc eremum aliam et insignem Batuecanam, sive ut vulgo loquuntur de-las Batuecas omnium ore celebratam erexit.

Ad Grandia semper et Ardua intentus, novam sibi finxit Thomas et apud se constituit erigere Congregationem, quae soli Fidei propagationi animarumque saluti attenderet, ac per varias infidelium terras missionarios expediret. Rem altissimo cohibens silentio ac secreto, scriptis ad Petrum a Matre Dei, intenti illius inscium litteris, et habita a summi Pontificis Nuntio licentia, ut relicta praefectura conventus Coesar-Augustani, quam gerebat, Romam venire posset, in ejusdem Nuntii

redeuntis Comitatu insalutato hospite, cum delecto socio Romam pervenit; tantaque solertia operatus est, ut brevi a Paulo V sub Bulla Plumbea die 22 julii anno 1608 emanata et incipiente — Onus Pastoralis Officii etc. — ad novae suae Congregationis erectionem facultatem obtinuerit.

Nova Domo via Julia prope Farnesiorum palatium habita; reque post mortem Petri a Matre Dei propalata; litteras Roma missas praecipue a Ioanne a Iesu Maria recepit Neapoli Ferdinandus a S. Maria tunc primus definitor: qui cito Romam rediens, benignissime exceptus est a summo Pontifice, qui motu proprio de nova Congregatione verba faciens, humaniter subjunxit: « Quod, si haec forte absque suo (scilicet Ferdinandi) scitu, aut beneplacito erecta fuisset, non inde tamen augeretur, quia Eum in omnibus benevolum reperiret ».

Ferdinandus occasione inde arrepta, suum totiusque Italicae Congregationis sensum circa novitatem insinuare coepit: et post aliquos dies ad illius colloquium iterum admissus tanta verborum efficacia Pontificem (Thoma praesente) allocutus est; ut anno 1613 Thomae Congregationem tentatam suppresserit. Thomam in conventum S. Mariae de Scala remiserit: quem tamen blandis ac lenibus verbis de tali extinctione consolatus est.

Novis in religionis augmentum obsequiis suam Thomas intentionem compensavit. Nam in Belgium mittitur cum RR. PP. Francisco a S. Anna, Sebastiano a S. Francisco, Ioanne-Ludovico ab Assumptione, Hilario a S. Augustino et uno fratre laico ad fundandum Bruxellense coenobium, cujus primus prior institutus fuit. Deinde Lovanii, Duaci, Insulis, Antuerpiae, Leodii, Namurci conventibus erectis, ac eremitico in sylva Morlaniae (inter Mosam et Sambrim), Coloniae, Dolae (in Burgundia), ac pluribus etiam monialium monasteriis fundatis; anno 1617, his omnibus divisis in provincias conventibus, primus provinciae Belgicae provincialis hanc moderatus est.

Anno 1619 in primo hujus provinciae Capitulo confirmatus. Anno 1626 in Comitiis generalibus electus definitor generalis. Anno sequenti 1627 die 26 maij doctrinae et sanctitatis opinione clarissimus Romae obdormivit in Domino.

Scripsit et edidit:

1. *De antiquitate et Sanctis Ordinis Carmelitarum.* T. I. in 4. (Hispane).

Salmanticae anno 1599 ap. Andr. Renaut.

2. *De privilegiis, gratiis et indulgentiis Confraternitatis B. V. M. de Monte Carmelo.*

Ibidem eod. anno et Typogr. T. I. in 4. (Hispane).

« Duo haec opera edidit, dum in Congregatione hispanica versaretur: sed postquam in Italicam Congregat. transiit, alia opera inscribuntur: »

3. *Stimulus missionum* sive *de Propaganda a religiosis per universum orbem Fide.*

Romae ap. Iacob. Mascardum anno 1610 in 8. (Latine).

« In quinque partes dividitur: in quarum prima tractat — De Necessitate, dignitate et utilitate praestantissimae hujus functionis. — In secunda ostendit — Religiosorum omnium Instituto congruere, haereticos et infideles adjuvandi studium. — In tertia: Curam hanc praecippe spectare ad Ordines Mendicantes. — In quarta: Missiones has Instituto nostro Carmelit. valde congruere. — In quinta denique: refert praecipuas gratias et privilegia a summis Pontificibus religiosis pro conversione infidelium laborantibus concessas ».

4. *De procuranda salute omnium gentium, schismaticorum, haereticorum, judaeorum, saracenorum, caeterorumque infidelium.* T. I. in 4. (Latine).

Antuerpiae Typ. Bellevianeis anno 1613 et iterum anno 1652.

« Aureum istud opus distribuitur in libros duodecim in quibus impiissimarum sectarum maxime Orientalium, ritus et errores referuntur et confutantur, quia vero multa et eruditione et doctrina referti sunt: quotquot hanc elecubrationem legerunt summis laudibus extulerunt: imo et Urbanus VIII ad Capitulum nostrum generale Romae anno 1632 congregatum, Emum Vicarium suum misit qui patribus denuntiaret, ut iterato recudenda curaret, quae Thomas a Iesu speciatim — De conversione gentium — edidisset.

« Richardus quidem Simonius hunc aliquando stimulum critico ungue vellicat, scilicet in duobus operibus Gallice scriptis, quorum alterum inscribitur: — Histoire critique de la Créance et des coûtumes des Nations du Levant pag. 121

et 126. — Alterum: Bibliotèque Choisie; T. I, pag. 297 et seqq.

« Ast Simonii Richardi aucthoritas major esse non debet, quam sit illa aucthorum quos allegat; si perspectam habuisset Simonius novam editionem operum ejusdem Thomae a Iesu factam Coloniae an. 1684; non eamdem illi censuram apposuisset ». (Renaudot in praefation. ad liturgias orientales pag. 26. — Idem in Histor. Patriarch. Alexandrino-Iacobitarum pag. 117).

5. *Compendium graduum orationis mentalis et specierum contemplationis* « ex doctrina S. M. N. Teresiae a Iesu » Tom. I. in 4. (Hispanice).

Romae ap. Iacob. Mascardum anno 1610.

« Prodiit postmodum Monachii et Coloniae cum hac scriptione: »

Via plana et brevis orationis mentalis.

6. *Praxis verae Fidei qua Iustus vivit.* T. I. in 8. (Hispanice).

Bruxellis ann. 1613 et 1649.

« Deinde latine *Coloniae anno 1618* ap. Ioan. Kinkium et anno 1627 — studio R. P. Isidori a S. Ioseph. Ord. Procurat. gentis.

« Prodiit etiam Gallice *Parisiis ap. Vid. Chevalier anno 1644.* Interpretibus Cypriano a Nativit. et Luciano a S. Maria Carmelit. Discalc. »

7. *De paupertate regulari commentaria.* Tom. I. in folio (Latine).

« In quibus tam ex antiquorum PP. quam aliorum Doct sententia agitur ».

Antuerpiae ap. Gerard. Wolsschalium anno 1617.

8. *Expositio in omnes fere regulas SS. Basilii Augustini, Benedicti Francisci ac aliorum Ordinum* praecipue in regulam primitivam Carmelitarum.

Antuerpiae ap. Gerar Wolsschalium anno 1617 in folio. (Latine).

9. *Methodus examinandi ac discernendi spiritualem animee profectum.* (Hispanice).

Bruxellis Typ. Mursii anno 1620 in 8.

« Et iterum Typ. Balthassaris Moretti anno 1623

« Prodiit etiam Latine, Gallice et Germanice variis in locis ».

10. *De Contemplatione Divina*. Lib. VI in 8.
Antuerpiae ex officia Plantiniana anno 1620.

11. *Divinae* seu *a Deo infusae orationis methodus, natura, gradus*. Lib. IV in 8.
Ibidem ead. Typ. anno 1623.

« Illud opus eremitis suis de las Batuecas dicavit ».

12. *Instructio pro vitae eremitae cultoribus.*
Lovanii anno . . . .

13. *De regularium visitatione*. T. I. in 8. (Latine).
Romae anno 1625. — Duaci etiam prodiit anno 1634 in 8.

« Quatuor tractatibus rem absolvit quibus adduntur formulae, visitatoribus, tam pro committenda aut subdeleganda visitatione, quam pro aliis usibus ad visitationem spectantibus maxime utiles ».

« Prodiit insuper *Antuerpiae ap. Io: Bellerum an. 1635 in 8*. ad Io-Bapt. Coccinum Venetum Rotae Romanae Decanum ».

14. *Scala Salutis*. Tom. I. in 12. (Germanice).
Coloniae anno 1650.

15. *Tractatus brevis de oratione mentali*. Tom. I. in 8. (Hispanice).
Matriti ap. Ludov. Sanchez anno 1615.
Item Valentiae ap. Michaelem Sorollam anno 1623.

16. *Commentaria theologica in questiônes 171, 172, 173, 174 et 175. Secundae D. Thomae Aquinatis* ubi de raptu, extasi et prophetia, sive de visionibus, locutionibus ac revelationibus Divinis.

« Prodierunt tomo II. operum ejus *Coloniae 1684* in fol. »

17. *Bibliotheca Carmelitana* sive *nobilium aliquot Carmelitanae Religionis scriptorum, operumque illorum Cathalogus.*

« Jampridem a Trithemio Abbate confectus; ex parte auctus et recognitus per Petrum Lucium Carmelitam antiquioris observantiae Bruxellensem ac demum studio Thomae a Iesu locupletatus ac eruditis notis illustratus ».

« Prodiit tomo III. ejus operum ».

18. *Elogia SS. virorum Illustrium Ordinis Carmelitarum.*
Ibidem.

19. *Apologetica Defensio Ioannis XLIV. Patriarchae Jerosolymitani.*

Ibidem.

20. *Tractatus pro Canonizatione Venerab. Ioannis Ruisbrochii.*

Ibidem.

21. *Contra Doctrinam Libelli. — Apologia Germanica.*

Ibidem.

22. *Methodus Exercitiorum Anagogicorum per Dominicas et praecipuas anni festivitates.*

Ibidem.

23. *Tractatus. — De scrupulis.*

Ibidem.

24. *De Arte Rethorica pro Concionatoribus.*

Ibidem.

25. *De Praesentia Dei.*

Ibidem.

« Sed antea mentionem hujus tractatus fecerat Emmanuel Romanus in elucidationibus Carmelitanis ».

« Omnia Thomae a Iesu opera, quaecumque reperire potuit noster Paulus ab omnibus Sanctis Coloniae edi curavit latine juxta voluntatem Urbani VIII Pontif. Max. Capitulo nostro generali anno 1632, Romae Congregato significatam ».

Et tribus tomis in folio illa comprehendit:

Tom. I. continet quae retulimus numeris 4, 7, 8 et 13. « Quibus additur *Epistola de Regimine Praelatorum* ad R. P. Joannem a S. Hieronymo, visitatorem generalem, et provincialem Germaniae; nunc primum edita, et habetur pag. 749 ».

Tom. II. continet quae jam appellavimus numeris 5, 6, 10, 11, 12 et 16.

Tom. III. continet quae nominavimus numeris 1, 2, 9, 14, 17 et seqq. « Quare ab iis expungantur duo opera quae adduximus ad numeros 3^{m} et 15^{m}, nullam reddit rationem noster Martialis a S. Io: Baptista in sua Bibliotheca pag. 409 et seqq.

« Iis autem omnibus Ludovicus Iacob addit duo manuscripta quorum alterum de tribus votis, alterum Thesaurus contra haereticos inscribitur ».

(Vid. De Williers, Tom. II. suae Biblioth. Carmelit., pag. 815 et seqq. Num. 43).

17. Thomas a Iesu II.

Natione Hispanus vir in regularibus disciplinis exercitatissimus, ac recti summopere tenax, perpendens quantum subsidii religioni afferret exacta Visitatorum diligentia.

Scripsit:

Tractatum utilissimum pro hoc munere.

(Martial. a S. Io: Bapta pag. 419).

18. Thomas a Iesu-Maria I.

Etiam iste Hispanus Aedis Hermenegildo Martyri sacrae Matritensis supprior. Iussu sui generalis.

Scripsit hispanice:

La instrucion de novicios Descalços de la Virgen de Monte-Carmelo.

Matriti ap. Alphonsum Martinez anno 1591 in 8.

(Martial, a S. Io: Bapta, ut supra loco citato).

19. Thomas a Iesu-Maria II.

Januensis patria ex nobilissimis parentibus Dominico et Maria Doria, in saeculo vocatus Hector, frater germanus venerab. Nicolai a Iesu Maria I. Generalis Hispanicae Congregationis (vid. superius artic. prop.).

Solemnem professionem in Italica Congregatione emisit die 13 februarii anno 1593, licet provectae etatis et oculis captus, ut alter Didimus Alexandrinus.

Vir non solum generis splendore nobilis, sed pietate singulari ac doctrina excellenti nobilior, philosophiae ac theologiae praeclarus lector.

Primus suae Italicae Congregationis scripsit:

Commentaria in Universam philosophiam et theologiam scholasticam. — *MSS.*

(De Williers Tom. II, suae Biblioth. Carmelit. pag. 819, N. 44).

20. Thomas a S. Ioseph

Natione Picardus patria Noviomensis in saeculo dictus Fertile anno Domini 1599 die 27 augusti natus. Vestem Teresianam induit Parisiis die 21 decembris anno 1618 et anno sequenti die 22 ejusdem mensis solemnem professionem emisit; et Romae pro Missionibus vota dixit die 6 januarii anno 1625.

Linguae Arabicae in nostro Seminario Romano Missionum professor Missionarius Apostolicus in Oriente, visitator generalis Conventum Palestinae, Montis Carmeli et Montis Libani, prior Alepensis postea vicarius Seminarii Romani Missionum, ubi decessit mense majo anno 1651. — Vir zelo gloriae Dei, charitate et animi constantia accensus ; probitate, ingenio et litteris conspicuus.

E latino idiomate in Arabicum versit librum :

De Imitatione Christi a Thom. a Kempis composit.
(De Williers Tom. II. suae Biblioth. Carmelit. pag. 820, N. 46).

21. Thomas a S. Vincentio

Natione Hispanus in saeculo dictus Ferdinandus Malonus doctor Salmanticensis et in coenobio nostro Vallisoletano professus, sacrae theologiae lector, prior Matritensis et Toletanus: Vir singulari religione praeditus, et eximia litterarum cognitione clarus.

Hispanico idiomate edidit « simul cum Martino a Iesu Maria consodali suo scribens :

1. *Apologemata super origine et antiquitate Ordinis Carmelitarum :* « quae Franciscus a S. Maria (alter consodalis) composuerat titulo — Apologia Historiae Propheticae — quia haec Historia prophetica ad Inquisitionem Hispanicam delata fuerat, sed inde immunis evaserat. Quapropter Martinus a Iesu Maria, et noster Thomas a S. Vincentio isthaec Apologemata Philippo IV Regi Catholico generalique Inquisitioni Hispaniarum obtulerunt *Matriti excusa anno 1641 in folio.*

« Prodierunt etiam *Parisiis anno 1632* ap. Petrum Baillet in 8. et *Coloniae anno 1640* in Dissertatione historico — Theologica Thomae Aquinatis a S. Ioseph. — de *Patriarchatu Eliae* — Parte 2, sectione 3 in fine ».

2. Scripsit etiam : *De Visitatione regularium lib. I.*
« Qui MS. asservatur in coenobio nostro de Cogolludo »
(Martial. a S. Io: Bapta. pag. 419).

I. Valentinus a Matre Dei

Natione Hispanus: idiomate hispanico edidit:

1. *Forum conscientiae,* « complectens tractatus:

« 1. *De Jurisdictione.*

« 2. *De Judicio Sacramentali.*

« 3. *De Sacramentis.*

« 4. *De Censuris.*

« 5. *De Irregularitate.*

« Annotationes in propositiones ab Alexandro VII et Innocentio XI. damnatas.

Prodiit primum Matriti anno 1702 absque typographi nomine. Deinde ibidem anno 1706 ap. Hieronymum Strada.

« Cui addidit Tractat. *De Conscientia et Legibus.* »

Iterumque Matriti et Barcinone atq. alibi in 4.

2. *Expositionem Propositionum ab Alexandro VII. Innocentio XI. et Alexandro VIII. damnatarum* — in 4. (Latine).

Matriti anno 1715.

« Quae cum minus apposite excusa fuerit, in incudem revocanda creditur, inquit noster Martialis a S. Io: Bapta in sua Biblioth. pag. 421. »

2. Valerianus a S. Petronio

Mediolanensis ex civili familia Cesati natus die 4 iunii anno Domini 1698, et solemnem professionem emisit die 21 martii anno 1717.

Fuit pluries prior, definitor, LVI. Longobardiae provincialis electus in comitiis Bononiae habitis die 15 aprilis anno 1769 et a sacris confessionibus Herculis III. Mutinae Ducis, dum erat ibi prior anno 1754 et denuo anno 1757.

Obiit cum opinione sanctitatis Mediolani anno salutis 1789 aetat. 91.

Vir eximiae pietatis, prudentiae summae et in gubernandis subditis nulli secundus.

Scripsit italice:

Litter. Pastoral. ad Religiosos et Moniales suae Longobardiae provinc.

3. Valerius a S. Anna

Natione Romanus ex Burrata familia natus. Regularis disciplinae laude ac morum candore, nec non multiplici doctrina celeberrimus. Pluribus in nostra Italica Congregatione muneribus ita praeclare functus est, ut summum inde prudentiae encomium adeptus fuerit. Decessit Romae anno Redemptionis nostrae 1661.

Scripsit:

Ethica Christiana.

« MS. extat in coenobio nostro Romano S. Mariae de Scala, Teste Prospero Mandosio, in biblioth. Rom. Centur. 5, Num. 80, pag. 340. »

4. Valerius a S. Euphrosyna

Leodiensis, sacrae theologiae professor, in sua provincia prioris ac definitoris provincialis atque in Parisiensi provinc. visitatoris generalis muneribus functus.

Edidit gallice:

De Excellentiis Beatissimae Virginis Mariae. — Tom. 1 in 8.

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 421).

5. Valerius a S. Laurentio

Etruriae provinciae alumnus. — Edidit italice:

Nuove Lettere della S. M. Teresa di Gesù con Note Tom. 1 in 4. (tradotte dallo Spagnuolo).

Firenze 1775 per Cambiagi.

6. Victor a S. Ioseph

In saeculo Ioseph Sopransi natus Varisii (Dioeces. Mediolan.) die 15 septembris anno 1739. In Mutinensi nostro novitiat. Longobardiae provinciae solemnia vota dixit die 10 octobris anno 1763.

Apud archipraesbyterum Pigognaghae (dioeces. Mantuae) obiit mens. aug. anno 1803, et ibi sepultus.

Edidit italice:

Sopra il Voto di Castità delle Monache secolarizzate da Giuseppe II. Imperatore, nell' anno 1782. — Tom. 1 in 8.

Faenza 1788 per Lodovico Genestri.

7. Victor a S. Laurentio

Natione Gallus. — Edidit gallico idiomate:

1. *De Tertio Ordine B. V. Mariae de Monte Carmelo.*

Leodii anno 1699 in 12.

2. *Vitam Sanctam* sive *Instructiones Familiares ad sancte vivendum.*

Ibidem anno 1711 in 8.

3. *Mortem Sanctam* sive *Instructiones Familiares ad sancte moriendum.*

Ibidem anno 1716 in 8.

(Martialis a S. Io. Bapt. in sua Biblioth. pag. 422).

8. Victorinus a S. Ioseph

Patria Luganensis in Helvetia; fuit praelector, pluries prior et consultor Sancti Officii Parmae, ubi obiit die 15 augusti anno 1765 aetatis 65.

Edidit italice, suppresso Nomine, varia *Opuscula Spiritualia.*

Reliquit MSS.: *Quadragesimale completum* praelo dignum, *Consultat., Orat. Panegyr., et Dissertat. Theologic. etc.* quae olim asservab. in coenob. Parmensi.

(Ex Necrolog. Longobard. Provinc., Part. II, pag. 12).

9. Vincentius a Cruce

Natione Hispanus, professus in nostra Italica congregatione, definitor provinciae Germaniae et coenobii prior.

Edidit:

« Ex hispanico idiomate in latinum a se versam »

1. *Vitam S. P. N. Ioannis a Cruce.* T. 1 in 4.

Coloniae anno 1639 typis Gualterianis.

2. *Explanationem eiusdem in Cantica.*

Ibidem.

(De Williers Tom. II. suae Biblioth. Carmelit. pag. 864, N. 17).

10. Vincentius a S. Dominico

Natione Gallus patria Parisiensis natus die 7 maii anno 1659, bidem professus; semel et iterum Aurelianensis prior, observantiae regularis custos vigilantissimus. Obiit Parisiis anno 1738.

Scripsit circa ann. 1723 et annos seqq.:

1. *Commentaria Litteralia de rebus ex novo Testamento et ex variis aucthoribus desumpta.* Tomis VII. magnis in folio.

« Vitulino Corio apte compactis et sat nitide scriptis, atque in Biblioth. nostri coenob. Aurelianensis olim asservatis. »

2. *Explicationem Antilogiarum tum veteris tum novi Testamenti.* Tomis duobus in folio. — Ibidem. MSS.

3. *Speculum Regularium* « in quo elucidantur casus conscientiae religiosae. » Tom. 1 in 8. — Ibidem MSS.

4. *Histor. General. Carmelitar. Discalceat. Congregationis Italicae, sub titulo S. Eliae cum Geographia Historica urbium,* « in quibus coenobia possident. » Tom. II. in fol. (Gallice).

5. *De Magnitudinibus B.mae Virginis Mariae in Ordine Carmelit.* Tom. II. in fol. (Gallice).

6. *Historiam Generalem omnium Missionum Carmelit. Discalceat. cum Tractatu Originis Monialium eiusd. Italicae Congregat. in Galliis.* — Tom. 1 in folio. (Gallice).

7. *Ideam perfecti Carmelitae Discalceati in Statu communi, solitudinis et Missionum.* Tom. 1. in 4. (Gallice).

8. *Instructionem pro Sororibus Crucis Aurelianensibus.* Tom. I. in 4. (Id.)

9. *Indicem maximum Historicorum Sacrorum Bibliorum.*

« Quinque Tomis in folio comprehensum. » (Latine).

10. *Doctrinam Mysticam SS. Teresiae a Iesu et Ioannis a Cruce.* (Gallice).

« Haec omnia MSS. recenset noster Martialis in sua Biblioth. pag. 422. »

(Vid. De Williers, T. 2, etc. pag. 865, N. 18).

11. Vincentius a S. Ioanne

Patria Cremonensis. Fuit praelector, secundus vicarius novae

fundationis conventus nostri Mutinensis anno 1638, prior Mediolani atque Placentiae.

Obiit Cremonae cum fama sanctitatis die 17 novembris anno Domini 1673 aetatis suae 66.

(Ita ex Necrologio Longobardiae provinciae part. 1, pag. 12).

Scripsit italice circa ann. 1668 :

In Cantica Canticorum Expositionem.

12. Vincentius a S. Ludovico

Batavus in saeculo dictus Stalpart parentibus haereticis natus, sed ad fidem catholicam conversus, Duacum profectus philosophiae navavit operam, ubi anno 1618 die 18 februarii vestem teresianam induit. Postea Bruxellas missus, novitiatum magno cum fervore egit, et anno sequenti solemnem professionem emisit.

Anno 1625 in capitulo provinciali supprior et magister novitiorum conventus Duacensis electus, etiam Insulensis, Lovaniensis et Salinensis Sequanorum, deinde prior Lovaniensis S. Alberti constitutus: tandem provinciae Belgicae secundus definitor provincialis, missionum apostolicus visitator, in Hollandia a S. Congregat. de Propaganda Fide anno 1648 die 8 junii delectus. Vir vitae regularis amantissimus, omnium virtutum cultor assiduus, Dei amore et salutis gentium cura celebris, atque eruditione clarus. Obiit Lugduni Batavorum peste correptus, dum infirmis epidemicis inserviret anno gratiae 1655 die 6 octobris post omnium Eccles. Sacrament. susceptionem; et sepultus fuit in oppido Catuph, Leydae vicino.

Scripsit :

Conciones Latinas, Gallicas et Flandricas. MSS.

(De Wiliers Tom. II, suae Biblioth. Carmelit. pag. 866, N. 20).

13. Vincentius a S. Melchiore

Natione Germanus die 3 februarii anno 1643 Coloniae natus, in divinis ac humanis litteris eruditissimus. Expletis summa cum laude lectoris, prioris, definitoris ac provincialis muniis, tam in regendo humilis, quam in loquendo facundus obiit Viennae in Austria die 7 septembris anno 1697.

Edidit :

Relationem Thaumaturgae Imaginis B.mae Virginis

Mariae De Victoria: quae anno 1620 a Venerab. P. Dominico a Iesu Maria in Praelium Pragense delata miraculosam Catholicis contra Haereticos Victoriam praebuit.
Pragae anno 1672.

« Huic relationi subiungit Compendium Prodigiorum ac Beneficiorum huius Imaginis: refert quoque Diploma Clementis X. summi pontif. per quod conceditur Carmelitis Discalceatis die 8 novembris in memoriam eius Victoriae ac Beneficii, festum celebrare sub ritu dup. 2. class. quod antea concesserat Alexander VII. pro ecclesia coenobii nostri S. Mariae de Victoria Romae: in qua haec imago mirifica fidelium cultui exponitur, sicuti refert noster Martialis in sua Biblioth., pagina 423. »

14. Vincentius Ferrerius a S. Hieronymo

Mediolanensis. In pluribus coenobiis fuit prior ac definitor provincialis.

Obiit Papiae die 10 iunii anno 1720 aetat. suae 70.
(Ita ex Necrolog. Longobardiae provinc. part. I. pag. 27).

Edidit:

1. *Templum Mysticum Spiritus Sancti* seu *Expositio in Hymn. « Veni Creator Spiritus » etc.* in 12.
Vicentiae anno 1683.

2. *Compendium Vitae S. P. N. Ioannis a Cruce.* T. 1 in 12.
Venetiis anno 1710. (Editio tertia).

3. *Praeparatio Animae ad celebrandas praecipuas Festivitates B. V. Mariae.*
Ibidem anno 1713. Tom. 2 in 12.

15. Vincentius Ferrerius a S. Ioseph

Natione Aremoricus (Frater Germanus natu maior celeberrimi P. Cherubini a S. M.) Veneti in minori Britannia ortus anno salutis 1605 filius nobilissimi Dni Morin in curia Venetensi Computorum proto-praesidis. Habitum Teresianum induit Parisiis anno 1622 et anno seq. die 14 decembris solemnia vota magna cum exultatione dixit.

Obiit die 5 februarii anno 1643 in Venetensi nostro coenobio actualis prior quod pater eius fundaverat anno 1627 die 19 decembris sub titulo S. Vincentii Ferrerii.

Scripsit:

Historiam fundationis illius Venetensis (italice Vannes.) (Gallice).

(De Willier Tom. 2. suae Bibliothec. Carmelitan. pag. 868).

16. Vincentius-Maria a S. Catharina Senensi

Valtellinensis. Vir prudentia ac virtute clarus, saepe prior, XX. et XXIII. Longobardiae provincialis scilicet ann. 1670 atque 1676, fundator Varisiensis convent. (in dioeces. Mediolan.) anno 1677 die 28 februar. visitator apostolicus in Indiis procurator generalis, definitor ac vicarius generalis. In hac dignitate obiit Romae die 5 novembris anno 1679 aetat. 54, dum ab Innocentio XI. pontif. max. postulabatur Episcopus Novocomensis.

Scripsit et edidit italice:

1. *Itinerarium suum in Indias Orientales.* Lib. V in folio.

Romae anno 1672.

« Citatur ap. Nicolaum Lenglet in methodo studendi historiae, Tom. IV. pag. 397. »

2. *Epistolas Pastorales ad suae Longobardiae Provinciae subditos.*

« Extant editae in Collect. Mediolan. part. 2. pag. 331. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 423. — Necrolog. Provinc. Longob. p. 1. pag. 14).

17. Vincentius-Maria a S. . .

Ianuensis provinciae alumnus. — Scripsit italice:

Irae divinae Sagittae.

(Martial. a S Io: Bapta, ut supra).

18. Violanta a Conceptione B. V.

Natione Hispana in monasterio nostro Granatensi vota dixit anno 1598.

Enituit omni splendore virtutum, sed cum esset omnis gloria eius ab intus, e suo candenti pectore aliquot documenta protulit omnium judicio mirabilia.

1. *Tractatum de Affectu interiori.* (Asservant. MSS. in eodem monasterio).

2. *Documenta pro Animabus in Tribulatione positis:* « Quorum meminit Nicolaus a S. Ioseph ei a confessionibus: teste nostro Martiali a S. Io: Bapta in sua Biblioth. pag. 424. »

19. Vitalis a S. Francisco

Provinciae Neapolitanae alumnus. — Edidit italice:

Compendium vitae S. M. N. Teresiae a Iesu.

Neapoli anno . . . .

(De Williers Tom. II. suae Biblioth. Carmelit. pag. 870, N. 35).

20. Urbanus a S. Ioseph

Patria Robbiensis (in Longobardia). Fuit lector, magister novitiorum, Mutinae prior, et alibi definitor, et XLIX. Longobardiae provincialis electus in Comitiis Mediolani habitis die 4 maij anno 1748. Vir virtutibus (praecipue eximiae humilitatis) ornatissimus theologus, et canonista, ac Ser.mo Raynaldo I. Mutinensi Duci valde percharus. Piissime obdormivit in Domino Mediolan. die 20 martii anno 1765 aetatis suae 83.

Scripsit italice seqq. vit. scilicet vitas.

1. *P. Ioann. Antonii a S. Francisco Novariensis Mutinae def.* 9 octobr. 1733.

2. *P. Fulgentii a S. Ioseph Fananensis* (Stat. Mutin.) ibidem def. 13 octobr. 1734.

3. *P. Marci a S. Ioseph Bononiensis* ibidem def. 30 maij 1737.

« Eorum corpora sunt adhuc incorrupta ».

4. *Fratr. Prosperi a Iesu Mutinensis* ibidem def. 7 mart, 1739.

« Ob suam simplicitatem et sanctitatem magna in aexistimatione fuit, apud omnes et etiam apud pred.m Sermum Raynaldum ».

5. *R. P. Philippi a S. Nicolao Papiensis* jam italicae Congregationis praepositi generalis ibidem def. 31 julii anno 1740 (vid. art. prop. N. 62).

6. *P. Ioann-felicis a Iesu Maria Mutinensis* ibidem def. 2 octobris 1741.

7. *Litter. Pastoral.* ad provinciae suae Longobardiae subditos.

« Scripsit quoque:

Quamplurimas vitas Monial. Monasterii Mutinensis dum erat ibi confessor ordinarius.

(Ex Necrolog. Longobardiae par. 2, pag. XI).

21. Ursula a S. Ioseph

Natione Lotharinga et in Monasterio nostro Nancoei professa.

Masculini animi virgo, semel et iterum ibi priorissa in tractandis sui Asceterii negotiis sagacissima nec minus regularis observantiae studiosa

Plura circa annum 1723 scribebat ex sacr. scripturae verbis contexta, quorum haec referuntur.

1. *Peregrinus in terra, in Psalm. 118. — Beati immaculati etc.*

2. *Anima poenitens., in Psalm. 150. — Miserere mei Deus etc.*

3. *Anima ad aeternam Patriam anhelans; in Psalm. 121. — Laetatus sum etc.*

(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 424. —

22. Wenceslaus a S. Elia

Poloniae provinciae alumnus. — Edidit latine:

1. *Discursus Theologic. Polemic.*

Cracoviae ap. Cezary ann. 1701.

2. *Controversiarum librum* sub titulo — *Echo Tubae Pacis.*

Ibidem anno 1704 in 4.

23. Wolphangus a S. Matthaeo

Natione Germanus Rutemburgi in Svevia die 18 novembris anno 1608 natus, Carmelita primum Antiquioris observantiae et Straubingae in Bavaria prior; tandem anno salutis 1649 majoris perfectionis cupidum, ad nostram reformationem transiit: ubi factus est novitiorum magister anno 1658; et quartus definitor provincialis, alias prioris iteratis vicibus, ac concionatoris muneribus summa cum laude functus. Vir vitae regularitate, oratione, mortificatione, prudentia, religione et

doctrina praeclarus. Obiit Viennae in Austria die undecima septembris anno Domini 1669.

Edidit :

1. *Haereditas Mariana* sive *De Origine, et Progressu Carmelitarum.*

2. *De Privilegiis et Gratiis concessis Confraternitati Sacri Scapularis Beatissimae Virginis Mariae de Monte Carmeli.*

(Mart. a S. Io: Bapta, pag. 424).

I. Zaccharias a S. Ioanne Baptista

Natione Gallus provincia Neustrius patria Argentanensis, in saeculo dictus Thomas Godescal piis honestisque parentibus, ab iis Parisios studiorum causa missus; paulopost inter Teresianos aggregatus est. In percurrendis philosophiae ac theologiae Facultatibus, sagacissimi ac perspicacissimi ingenii, memoriae tenacissimae et recti judicii, eximia, eaque plura argumenta praebuit.

Per plures annos eas suos Sodales Charentonii egregie docuit: sicque toto vitae tempore scripturae sacrae, conciliorum, SS. Patrum, Historiae Ecclesiasticae, theologiae scholasticae ac positivae, sicut et morali lectioni incubuit, ut nihil ignorare dictus fuisset: mira aliunde praeditus comitate, prudentia, religiosa simplicitate, ac zelo salutis animarum disciplinaeque regularis observantia insignis.

Non mirum ergo, si tot conventus superior gubernavit, si provinciae suae semel et iterum moderator, provinciarum Flandro-Belgicae et Lugdunensis visitator generalis, spirituale subditorum bonum semper promoverit.

Tandem post aetatem provectam, post toleratas per decem annos multas infirmitates; refectus Ecclesiasticis sacramentis, sine ulla fere agonia, in conventu suo Rothomagensi extremum diem clausit die 16 januarii anno 1725 aetatis suae 82. — Plura doctissime ac eruditissime conscripsit scilicet:

1. *Dissertationes Teologicas.* De Disquisitionibus necessariis ad sacrae theologiae studium inchoandum proseguendum et perficiendum.
2. *De Sacrae Theologiae praeludiis.*
3. *De Locis Theologicis in communi.*
4. *De Locis Theologicis in particulari.*
5. *De Scriptura Sacra.*
6. *De ipsa Theologia,* seu *Sacra Doctrina.*
7. *De Existentia et Unitate Dei.*
8. *De Essentia Divina et attributis.*
9. *De Divina Simplicitate.*

10. *De Divina Veritate, Perfectione, Bonitate et Vita Dei.*

11. *De Infinitate, Immensitate, Immutabilitate et Aeternitate.*

12. *De Visione Dei.*

13. *De Scientia Dei.*

14. *De Volontate et Omnipotentia Dei.*

15. *De Providentia Dei.*

16. *De Praedestinatione et Reprobatione.*

17. *De Gratia quam Ecclesia defendit contra Pelagianos et Semipelagianos.*

18. Tota est deperdita haec 18ª Dissertatio).

19. *De Augustini Doctrina, de qua disputavit contra Pelagianos*

20. *De vera et germana Augustini notione circa Gratiam.*

21. *De Motibus voluntatis.*

22. *De Actionum humanarum Iustitia et Injustitia.*

23. *De vera libertate, Arbitrii Potestate, Necessitate, Determinatione et Impotentia ei repugnante.*

24. *Probat in hac Dissertatione, Iansenii Sententiam Libertatem destruere.*

25. *De Promotione, Merito et Libertate ad merendum requisita.*

26. *De Humana voluntatis Dependentia in formandis bonis moribus.*

27. *De Dei Decretis circa Creaturas intellectuales, secundum differentes eorum status.* (Huic Dissertationi sunt Capita VII).

28. *De Schismaticis Orientalibus et praecipue — De Armenis.*

29. *De Bono et Malo.*

30. *De Primatu Romani Pontificis.*

31. *De Sessione Sancti Petri Romae.*

32. *De Primatu Sanctae Romanae Ecclesiae.*

33. *De Primatu Romani Pontificis circa Fidei Controversias.*

34. *De Summo Pontifice aliae quaestiones.*

35. *De Bulla Sabbatina.* Item scripsit.

36. *Cursus integer Theologiae Moralis.*

37. *Tractatus de Usura* (separatim).

38. *Tractatus : De Gratia.*

« Haec omnia servabantur olim in coenobio nostro Rothomagensi ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 425 et 426).

2. Zaccharias a S. Teresia

Natione Gallus in saeculo vocatus Richard. In Cabilonensi nostro convent. scripsit circa annum 1644 :

Epistolam ad Venerab. Soror. Margaritam a SS. Sacramento.

Belnensis nostri Monasterii, ut haec Virgo preces Novendiales ap. Deum funderet pro sanitate obtinenda Dnae Chirard Cabilonensis fluxu sanguinis laborantis, cujus a confessionibus ipse Zacharias erat. Oravit quidem soror Margarita et sanitatem dictae Dnae Chirard, quae simul cum dicto suo confessario Zaccharia consignatam litteris testificationem, dedit.

(De Williers Tom. II. suae Biblioth. Carmelit. pag. 883, N. 4).

SUPPLEMENTUM SCRIPTORUM
CARMELITARUM DISCALCEATORUM
QUI NON REPERIUNTUR
IN COLLECTIONE P. F. BARTOLOMÆI A S. ANGELO

(1) **Albertus a SS. Salvatore Gallas**

In civitate Geruntii in provincia Aurigerae (Ariège) in Gallia natus est 13 septembris 1828, et Ecclesiasticae militae nomen dedit, et Sacerdotio inunctus; primo Vicarii Cathedralis Mirapicensis (Mirepais) munere functus est. Nostro habitu in novitiatu Brusseiensi indutus, ibidem vota pronuntiavit anno 1854. Fuit deinde a secretis R. P. Dominici a S. Ioseph praepositi generalis, dum provincialis officium gereret, postea Missionis Syriacae addictus fuit, a qua discessus conventus Parisiensis superior factus, procuratoris etiam nostrarum Missionum in Gallia officium gerit, et definitoris provincialis nostrae Avenionensis provinciae nunc titulo gaudet. Multae eruditionis vir, et acris ingenii, nonnulla typis edidit, et nunc etiam mandat, quae illius famam et Ordinis decorem adaugent, quorum titulum hic habes, benevole lector. Omnia scripta sunt et vulgata gallico idiomate, videlicet:

1. *L'Ordre de N. Dame du Mont Carmel. — Hic liber editus est tempore et occasione executionis Decreti diei 29 martii contra Religiosas Congregationes a Gubernio Gallico facti.*

1 Vol. in 8. Parisiis apud Poussielgue.

2. *Conciones et Sermones (primo separatim editi, qui postea in unum collecti praelo dabuntur).*

3. *Articuli complures in Ephemeridibus Religiosis comprehensi.*

4. *Tristesses et Consolations (Opus in 8. in defensionem Carmelitarum Discalceatorum, qui a R. P. Bouix Jesuita accusantur, ut falsificatores et mutilatores operum S. M. N. Theresiae in editionibus Hispanis a N. Religiosis factis.*

Typis vulgatum est Rennis apud Dom. Leroy. et editorem Dom. Poussielgue Parisiis 1 vol. in 8.

5. *Le Sanctuaire du Mont Carmel.* Hoc opus primo in publicum apparuit sub nomine alterius N. Religiosi P. F. Juliani a S. Theresia, qui illud vulgavit sub proprio nomine, at tamen omnes provinciae fratres noverant opus esse P. F. Alberti, ut ipse etiam P. Julianus fatebatur, et scripto quoque, auctori declarabat. Hanc declarationem sponte fecit cum habitum nostrum, et contubernium nostrum dimisit.

Opus istud Le Sanctuaire du Mont Carmel. sub nomine P. F. Juliani prodiit Massiliae anno 1876.

Hic insignis Religiosus erat superior domus nostrae Parisiensis anno 1880, dum executioni dabantur impia decreta Gubernii Gallici contra Religiosos, et inique ejciebantur a propriis coenobiis pacifici incolae. — Vigorem animi, constantiam, et fortitudinem ipsius, injusti invasores experti sunt, et ephemerides religiosae illius temporis collaudarunt.

(2) Alexander a S. Ioanne a Cruce Bavarus

Alumnus N. Provinciae Bavariae, fuit conventus Ausburgensis prior anno 1794.

Historiam Ecclesiasticam Abatis Fleury ex gallico idiomate in latinum convertit, eamque prosequntus est, et edidit Augsburgi, annis 1758, 1793 in 38 volumina in 8. Hoc opus acri calamo censura donatum fuit a P. Mangold Jesuita in quodam scripto Augsburgi impresso anno 1783 et 1786 (3 volum. in 8.) quia Auctor (ut habet De Feller) injuste societatem Jesu aggreditur et vellicat.

V. Dictionarium historicum De-Feller - artic. Fleury.

(3) Alexander a S. Theresia Germanus

Edidit: *Clypeus Religionis.*

Coloniae 1679 et 1685.

(4) Alexius a S. Aquilino Germanus

Edidit latine:

1. *Brevem Grammaticam Hebraico-Chaldaicam.* Heidelbergae 1776.

2. *Pentatheuchi Hebraeo-Samaritani praestantia.* Heidelbergae 1783.

(5) Alexius-Ludovicus a S. Ioseph Gallus

Alexius-Ludovicus seu Aloysius a S. Ioseph natus est Verviers in Gallia anno .... ingressus est nostrum Ordinem an. 1853, et post probationem vota emisit Religionis anno subsequenti. In conventibus munia adimplevit lectoris theologiae, supprioris, et definitoris provincialis. Sacri oratoris officium praesertim exercuit, et in hac palestra summopere laboravit, et laudem multam promeruit.

Antequam ingrederetur religionem nostram typis mandaverat opera sequentia, quae a doctis multi ducebantur, et fuerunt scripta gallice:

1. *Le Catéchisme de l'Université.* Lion Chez Guyot 1844. Contra Doctrinam et Scholas Impiorum Gubernantium. Habuit 4 editiones.

2. *Le Catéchisme Révolutionaire de la Regence du 1830.* Lion Chez Pelagaud 1848. Bis excusum fuit.

3. *Cinq ans de republique.* Lion Chez Fousserand 1852.

Hoc scripto ostendebat vias Divinae providentiae, quae parabat libertatem Ecclesiae.

Composuit et praelo subjecit aliquot volumina gallico idiomate, videlicet:

1. *Histoire sommaire de l'Ordre de Notre Dame du Mont-Carmel restauré en France dans le XIX siècle. Hoc opus dicatum fuit R.R.mo Menjaud Episcopo Naucensi.* Editum Carcassi 1855.

2. *Manuel des Enfants du Carmel. Notices sur la Regle de l'Ordre, le Scapulaire, et le personnel. Opus impressum Avenione anno 1855, et inde Montispessulani 1864. atque iterum Lugduni.* Tertia haec editio comprehendit etiam

opus supradictum, *Histoire Sommaire*, et est absolutior omnibus aliis. Extat etiam editio quarta, in qua auctor ipse in compendium redegit opus illud historicum, et iterum Lugdunensibus typis mandavit.

3. *L'Abeille du Carmel. Méditations pour toute l'année à l'usage des femmes pieuses.*

2 Volum. in 12. Edit. De Paris.

Opus utile omnibus Christifidelibus, praesertim piis mulieribus.

Bis impressum est.

4. *Le Manuel de la Vraie Dévotion practique envers la Très-Sainte Eucharistie et la Vierge.*

1 Vol. en 18. Lion.

Operis istius unctionis et devotionis pleni, jam decima quarta editio apparuit.

5. *Manuel des Grands exercices de la Dévotion pratique envers S. Ioseph pour toute l'année etc.*

Imprimé à Lion dans le 1860.

Hoc opus dicatum est Eminent. Card. De-Bonald Archiepiscop. Lugdunensi.

De illo jam prodiit 4.ª editio.

6. *Les cinq Trônes de l'Amour divin sur la terre. Vol. I. in 24. à Lion.*

Hoc opus dicitur exscriptum in Gallicum idioma ex operibus D. Laurentii-Justiniani.

Jam tertio prodiit in lucem.

7. *Éloge funèbre Historique du Très-Révér. P. Dominique de S. Ioseph Préposé Général des Carmes Déschaussés. Carcassonae 1870.*

8. Vulgavit etiam praelo seriem articulorum insertorum in Ephemeride Carassonnensi, cui titulus ; *Hebdomada Religiosa — Sur la Société.*

Habet etiam manuscripta, et futurae publicationis haec sequentia :

1. *Nouvelle Année Chrétienne des Catechismes etc.*

Hoc opus forsitan in 4 voluminibus dividetur.

2. *La Famille Chrétienne, la Femme etc.*

Hic insignis Religiosus adhuc vivit aliisque operibus exarandis incumbit, faxitque Deus ut suae doctrinae monumenta

alia relinquat praelo digna, et fratribus nostris cunctisque fidelibus utilia!

(6) Alphonsus a Sancta Maria Belga

Petrus Joseph Van de Kerckhove, natus in Rumbeke, Flandriae occidentalis pago, 12 iunii 1815, professus Ypris 29 octobris 1842. Brugis obiit 4. definitor provincialis 14 aprilis 1861. Animarum zelo praeditus, sacro ministerio Brugis ita functus est, ut merito apud omnes, tam divites quam pauperes in honore habitus fuerit. Brugis etiam congregationi tertii Ordinis nostri praefectus, illam summa cum laude rexit, et notabiliter auxit; in cuius gratiam recognovit et recudi curavit opusculum editum Antuerpiae anno 1691 in 8. a R. P. Iacobo a S. Antonio carmelita calceato, quod inscribitur:

1. *Exhibitio originalis, essentialis et practica tertii Ordinis B. V. M. de Monte Carmelo in 12.*
Brugis 1860. - Flandrice.

2. *Actus interni et externi virtutum, cum testamento spirituali, et examine conscientiae* — Opusculum scriptum pro eadem congregatione.
Brugis 1860, in 18. - Flandrice. - Iam quater impressum fuit.

(7) Alphonsus a Matre Dolorosa. Belga

Dictus in saeculo Leo Pavy, ortum habuit Aldenardae, Flandriae Orientalis oppiduli 7 februarii 1842. Vota solemnia dixit Ypris 17 sept. 1862; in Indias Orientales profectus ut Missionarius Apostolicus, mense augusto 1869, ibidem primum Apostolico Vicariatui Mangalorensi adscriptus, successive in Tellichery et in Calicut, dein ad Vicariatum Verapolitanum translatus in Aleppo commoratus est.

Typis mandavit flandrice:

1. *Godvruchtigheid tot het Kindeken Iesus, in de kerk der PP. Karmelieten Diskalsen te Brugge — in 12. Brugis 1869.* — Id est: *Cultus Pueruli Iesu in templo Carmelitarum Discalceatorum Brugis.*

2. (Gallice) *Défense des missions des Carmes déchaussés au Malabar 1878.*
N.B. 80 priores paginae tantum editae fuerunt.

3. (Anglice) *Funèral oration of his Lordship Michael Antony of St. Lewis of Gonzaga.* II. C., *Bishop of Menith and late Vicar apostolic of Mangalore ; Delivred on the occasion of the solemn requiem service in the Church of the Mother of God, Calicut 23 December 1878 — in fol. Calicut — XI pp.*

Id est : *Oratio funebris Ill.mi ac Rev.mi Domini P. F. Michaelis-Antonii a S. Aloysio Gonzaga, C. D., Episcopi Menithensis et olim Vicarius Apostolicus Mangalorensis, habita in solemnibus eius exequiis in templo B. M. V. in Calicut 23 Decembris 1878.*

(8) Alphonsus Maria a Iesu Venetus

Ortum duxit Pederobbae provinciae Tarvisinae 1832 ex parentibus Codemo Ioanne, et Theresia Barberick, et vocatus est Annibal-Marcus. Ordinem ingressus est Tarvisii in nostra provincia Veneta, et professionem emisit 21 novembris 1853. Quamvis semper infirmae valetudinis, tamen studiis et perfectioni religiosae sedulo vacavit, et adhuc vacat hodierno tempore, quo apud nostras Mutinenses religiosas confessarii munere fungit.

Scripsit, et praelo subiecit sequentia opera, quae a peritis plurimi habentur, videlicet :

1. *Via Sicura della Perfezione. 1 Vol. in 8.*

2. *La Perfezione Cristiana. 1 Vol. in 4.* Mutinae 1872.

Huius operis elogium videri potest in Ephemeride *La Civiltà Cattolica*, pag. 639.

3. *Alcuni Opuscoli Spirituali.*

(9) Alphonsus M.a a Nativitate B. M. V. Austriacus

Natus est in Rotenmaun in Styria anno 1823, 14 die januarii. Ingressus Ordinem nostrum statuto die et anno se Deo solemniter dicavit, idest 8 septembris 1847.

Hic Religiosus anno 1882 praelo commisit opus cui titulus: *Vitis mystica.*

(10) Aloysius a S. Andrea Bavarus

Bavaricae provinciae alumnus edidit germanice:

Sermones pro diversis occasionibus.

Ratisbonae 1735.

(11) Anastasius a Cruce Bavarus

In saeculo vocatus Benedictus Falli, alumnus' provinciae Bavaricae, fuit lector sacrae theologiae, pie cessit e vita Augsburgi anno 1761:

Edidit:

1. *Decor Carmeli, S. Scapulare, quinque saeculorum Gloria; in qua Vestis Parthenia S. Bibliorum figuris illustratur, Symbolis adumbratur, epigrammate enucleatur, elogiis adornatur, notis historicis elucidatur, iconismis exhibetur.*

1 Volum. in 4. Augustae-Vindelicorum 1761.

2. *Theologia Universalis.*

Augustae-Vindelicorum 1758.

3. *Perfecta Praesulis Idea.*

(12) Andreas a Iesu Germanus

Alumnus provinciae Germanicae SS.mi Sacramenti.

Edidit in germanica lingua:

Sermones in honorem D. N. Iesu-Christi et Sanctorum Dei.

Monachii 1679.

(13) DD. Angelus-Franciscus a S. Theresia Pedemontanus Episcopus

Videatur index illustriorum Praesulum. — Scripsit:

1. *Grammaticam linguae vulgaris Malabaricae cum Dictionariolo.*
2. *Opus morale.*

(14) Angelus-Gabriel a S. Maria Vicentinus

Huius religiosi viri prov. nostrae Venetae nihil aliud adinvenimus quam nomen, et opus plurimi laboris, editum Vicentiae typis Vendramini, et Mosca sub annis 1772-1782 in sex voluminibus in 4, cui titulus:

Biblioteca e storia del territorio e Città di Vicenza dall'anno 49 di Cristo al 1700.

(15) Anna-Maria a S. Theresia Genuensis

Genuae orta est ex nobilibus parentibus Ioanne-Augustino Centurione et Cornelia Pallavicini. Habuit multos fratres ac sorores, de quorum numero ecclesiasticae ac religiosae militiae quindecim nomen dederunt, et in Ordine Carmelitico inter filios S. Theresiae sex ad minus sacra vota emiserunt, duo inter religiosos et quatuor inter moniales. Decimo-quinto aetatis anno Genuae monasterium ingressa, ibi professionem fecit. Prudentia et moribus sanctis ditata a superioribus onus habuit Savonam pergendi, ut coenobium S. Theresiae pro monialibus fundaret, in quo velut exemplar omnium se praebuit. Post multos annos aliud asceterium ibidem erexit sub titulo Spiritus Sancti. Meritis plena laboribusque attrita ad Sponsum evolavit anno 1662.

Scripsit et reliquit ineditam in monasterio Savonensi italice exaratam :

Relationem charismatum et beneficiorum sibi factorum a Domino.

Adest etiam in ipso monasterio manuscriptam Vitam illius ex obedientia compositam a M. Catharina a Christo, illius coenobii alumna et discipula famulae Dei.

(16) Anonymus Venetus

Hic edidit Venetiis *apud Santini 1809* opus, cui titulum praefixit :

L'Uomo di nobiltà e di grado e l'uomo di affari e di secolo invitati alla contemplazione degli attributi di Dio. Cum duobus appendicibus sull'*Eccellenze e pregi di Maria Vergine, e del suo Sposo S. Giuseppe.*

(17) I. Anonymus ex provincia S. Leopoldi Austriacus

Ex lingua italica transtulit in germanicam :

Opus sententiarum Spiritualium V. Dominico a Iesu Maria Auctore.

Vol. 3. Edita Pragae 1776.

(18) II. Anonymus Carmelita Bavarus

Hic professus et sacerdos provinciae Bavaricae typis mandavit:

Vitam B. Mariae ab Incarnatione monialis Carm. Discalceat.

Augsburgi 1792.

(19) III. Anonymus Carmelita Bavarus

Alumnus etiam provinciae Bavaricae in idiomate germanico opus italicum exaratum a R. P. Marco a S. Ioseph vertit, quod inscribitur :

Spiritus S. M. Theresiae a Iesu.

Vol. 2. Monachii 1790.

(20) IV. Anonymus Carmelita Bavarus

Hic in latinum vertit opus historicum italice scriptum a F. Ioanne Baptista a S. Alexio laico Carmelita Disc. cui titulus:

Compendio istorico dello stato antico e moderno del S. Monte Carmelo.

(21) V. Anonymus Carmelita Bavarus

Iste religiosus ex lingua latina in germanicam reddidit opus cujus titulus est :

Manipulus fasciculorum spiritualium selectissimorum, et plane aureorum ex divino Agro S. Scripturae a R. P. Hieronymo a S. Hiacynth. conscriptum.

1 Vol. in 4. pag. 556.
Monachii 1768.

(22) VI. Anonymus Duacensis

Edidit: — *Rèlation de ce qui s'est passè au Couvent des P. Carmes Dèchaussès de la Ville de Douay à l'occasion de la Bèatification du B. Jean de la Croix Premier Carme dèchaussè, et coadjuteur de S. Thèrèse le 21 juillet, et les 7 jours suivants l'an 1675.*

Duaci in 4. pp. 21.

(23) VII. Anonymus provinciae Austriacae

Praelo mandavit:

Epithome vitae V. M. Mariae Electae a Iesu... cum annexis mirabilibus post ejus mortem.

1 Vol. in 8.

(24) VIII. Anonyma Galla

Edidit: — *Direction Spirituelle pour s'occuper saintement avec Dieu à l'usage des Novices Carmélites.*

« Hujus opusculi nova editio prodiit Parisiis anno 1774 cura et opera Typographi Lottin senioris, qui illam dicavit V. M. Theresiae a S. Augustino Ludovici XV. filiae, et S. Dionysii Monasterii priorissae ».

1 Vol. in 18.

(25) Anselmus a S. Aloysio Etruscus

In oppido S. Luciae in Monte, apud Pratum Pistoriensis dioeceseos humilibus ortus est natalibus, die 17 septembris anno 1817. A sacris undis Franciscus appellatus, sub piissimorum parentum disciplina didicit ab infantia Deum timere. In pueritia praeveniens graviorem aetatem, abhorrebat ab illius aetatis ludicris, solum delectabatur piis precationibus, et litterarum studio; animam sortitus erat bonam, maxime ad virtutes pronam, et ingenium non mediocre. Inter omnes virtutes ita humilitatem in praecipuis habebat, ut eam videretur ab adolescentia in Sponsam elegisse. Ut noster Franciscus cognovit in mundo omnia mala esse, vanitatem et afflictionem Spiritus, et solum extra saeculum viam securiorem adipiscendae salutis inveniri, concepto proposito nuncium remittere mundo decrevit, et ad nostrum Institutum convolavit. Inito tirocinio in conventu nostro apud Aretium ad perfectionis metam ocyus festinavit. Humilitatem et obedientiam, quae sunt bases religiosae vitae, perfectissime coluit, in regularibus disciplinis observantissimus, in mentali oratione assiduus, progrediens de die in diem, sociis fere omnium virtutum praebuit exempla.

Sic feliciter emenso tirocinio, locuples virtutibus sacra emisit vota, die 19 septembris 1841. Missus ad studia sacra,

inter consodales, primas obtinuit laudes, et ita profunde didicit, ut e curriculo theologiae exiens, idoneus visus fuerit alios instruere, proindeque a superioribus destinatus est in collegiis nostris ad confratres juvenes instruendos.

Quo in officio, maxima laus, quae Anselmo nostro debetur, est ab exemplis, quibus ipse discipulorum mores informabat. Etsi occupatus in magisterii munere, nunquam feriatus est a studio amoeniorum litterarum, in lectione politiorum italicorum operum ita assiduus, ut inter italicae linguae eximios scriptores, Doctorum suffragiis adnumeratus sit, atque in Album sodalium Florentinae Academiae (vulgo Della Crusca) fuerit adscriptus. Sed optime praeclareque de nostro Anselmo suae provinciae superiores sentierunt. Nam in capitulo provinciali ad subsellium definitoris vocatus, in ea praelatura ita bene se gessit, ut postea al Clavum totius provinciae fuerit elevatus.

Eius virtutes, praesertim zelus in legum custodia, et caritas erga subditos hoc in officio emicuere, et in extricandis difficillimis rebus maxima dexteritas. His officiis summa cum laude functus, a comitiis generalibus in definitorem totius Ordinis assumptus est anno 1859.

Non solum apud suos magno floruit honore noster Anselmus, verum etiam apud alios, nam eius virtutem tanti Episcopus Florentinus faciebat, ut eum praefecerit examini cleri, et praesul Fesulanus non dubitaverit, eum difficillimo alio muneri praeponere. Ut magis haec lucerna ardens omnibus luceret, Deus voluit eam super candelabrum episcopalis dignitatis ponere, ut eius lux perfunderetur in ecclesia Christi. Nam eo tempore magnopere S. Pontifici Pio IX cordi erat, ut dioeceses, dudum viduatae, suis pastoribus decorarentur.

P. Anselmus Grossetanae dioecesi invitus praeficitur, et in concistorio die 22 februarii 1867 Episcopus dictus est, et in dominica *Laetare* 4. Quadragesimae Romae sacris initiatus est pontificalibus.

Excusso itaque timore per sacrum Chrisma in suam perrexit sedem. Noster Anselmus auctus dignitate externum dumtaxat habitum immutavit, non autem vivendi rationem quam didicerat in suo coenobio.

Novus antistes animam suam non faciens praetiosiorem, quam gregis salute, nulla intermissa requie studuit dispersas oves in ovile Domini congregare. Et in primis ei curae fuit purgare suam plebem a pravis moribus, quos commercium sectariorum et expudorata invexerat licentia, non modico labore, sed magna multorum contradictione. Ardorem sui zeli etiam extendit in aliquos ecclesiarum rectores, quos sub vestimento ovium lupos reipsa agnovit. Non nullos enim reperit, qui veneno falsae doctrinae (quae eo tempore serpebat) ovile suum inficiebant.

Sed maiori conatu noster antistes egit, ut clerici, lapides vivi sanctuarii reformarentur et sicut Dèi ministri irreprehensibiles fierent. Ad hunc finem novis seminarium restauravit disciplinis, ut promovendi ad ordines, in eo tutius educarentur. Indefessus ergo in pastorali solicitudine, eodem zelo instituit ut pravas doctrinas erroresque, qui longe lateque per praelum disseminabantur, exterminarentur. Ad hoc instituit ephemeridas, (vulgo *La Sentinella Cattolica)*, in quibus sana doctrina validaque polemica profligatis adversariorum ineptiis, incauti liberarentur ab errore, boni autem in fide confirmarentur. Coeterum ecclesiastica fortitudine praecinctus semper zelavit domus Dei honorem disciplinamque custodivit, quamvis eum non lateret, se a filiis errantibus minus diligi, eo quod amaret justitiam. Multa perpessus est incommoda, sed omnibus omnia factus, nulli parcebat labori, ut oves infirmas et rebelles sanaret, et ad pascua salubria reduceret. Virtutes usque ad mortem coluit, et zelo animarum inflammatus omnia sustinuit ut boni pastoris partes impleret. Paucos annos vixit in Episcopatu, et morbo quasi ignoto et inopinato correptus, dum patriae aer clementius experiri volebat, placidissime et omnibus Sacramentis munitus in osculo Domini obiit anno 1876 die ultima ianuarii, aetatis suae 58. Vir apprime in omni scientia eruditus, ni obstitisset profunda humilitas, multa potuisset monumenta doctrinae suae posteris relinquere, attamen aliquod opus habemus quod typis mandavit ad fovendum praecipue timorem Dei et pietatem.

Edidit igitur :

1. *Sermoni di S. Bernardo volgarizzati nel buon secolo. (Ab ipso commentariis ditati).*

2. *Vita della B. Maria degli Angeli Carmelitana Scalza.*
Roma.

3. *Vita di S. Michele de' Santi.*
Roma.

4. *Pastorali lettere al Clero, ordinazioni, decreti secondo i bisogni e le circostanze.*

(26) Archangelus a S. Georgio Germanus

Carmelita excalceatus provinciae Germanicae. Scripsit idiomate patrio :

Centum Sermones pro Dominicis.
Typis vulgavit Augsburgi annis 1709, 1714.

(27) Augustinus a S. Maria Gallus

Inter nostros confratres tertii Ordinis hic multum adlaboravit in N. Missionibus Indiarum Orientalium.

Scripsit et edidit in lingua canarensi :

1. *Parvum Dictionarium anglicum-malabaricum pro Seminariis nostris.*
2. *Grammaticam malabarico-anglicam.*
3. *Grammaticam malabaricam pro malabaricis.*
4. *Opusculum contra Protestantes.*
5. *Philosophiam Indicam* in idiomate latino.
6. *Multa alia opuscula scripsit, quae adhuc sunt inedita.*

(28) Augustinus Magdalena a Ss. Cordibus Iesu et Mariae Belga

In saeculo vocabatur Ioannes Van Poppel, et ortum habuit Teteringe Hollandiae pago anno 1805. Professionem emisit Ferrariae anno 1832, et eodem anno cum quatuor sociis, in Belgium missus est, ad restaurandam provinciam Flandro-Belgicam. Brugas missus, ibidem cum R. P. Ignatio a S. Aloysio conventum jam extinctum excitavit. Sequenti anno idest 1833 cum eodem R. P. Ignatio Brugis celebrationem promovit mensis Mariani, tunc temporis in Belgio fere prorsus ignotam, eamque solemnissima pompa, et maximo fidelium fructu in

nostra Ecclesia initium habuit. Eodem anno ipsius conventus Vicarius constitutus est, et munus illud usque ad annum 1842 optime gessit; Deinceps ut primus post restaurationem prior Brugensis electus est, et ob adversam valetudinem postero anno suo muneri renuntiavit, et adscriptus est provinciae Romanae. In conventu S. Sylvestri prope tusculanum per non paucos annos moratus est, et anno 1865 in conventu S. Mariae de Scala ab hac vita migravit. B. Mariae Virginis cultum indefesse promovit, ejusque SS. Cordis devotionem in nostro Brugensi coenobio, per erectionem Confraternitatis ejusdem curavit, quae hodiedum etiam florentissima perseverat. Praelo dedit nonnulla pia opuscula, videlicet — Gallice:

1. *Origine, exercices, prières et indulgences de la Confrérie du Saint Coeur de Marie.*
Brugis 1836 in 18.

2. *Mois d' Aôut consacré au S. Coeur de Marie.*
Brugis 1836 in 18.

3. *Neuvaine d'aspirations en l'honneur de la Sainte, et Séraphique Vierge et Mère S. Thérèse de Iésus Réformatrice du Carmel.*
Brugis 1836 in 18.

4. *Mon séjour au Carmel, pendant le Mois de Marie 1837.*
Brugis 1837 in 18.

5. *Consécration des Enfants à N. Dame du Mont Carmel.*
Brugis 1839 in 18.

6. Flandrice — *Oorsprong, oefeningen etc.* — seu Versio Flandrica opusculi supra laudati sub N. 1.
Brugis 1836 in 18.

7. *Negendagsche Verzuchtingen etc.* seu Versio Flandrica opusculi de quo supra sub N. 3.
Brugis 1836 in 18.

8. *Mijn verblijf op Carmelus etc.* seu Versio opusculi de quo supra sub N. 4.
Brugis 1837 in 18.

9. *Toervijding den Kinderen etc.* seu Versio opusculi sub N. 5.
Brugis 1839 in 18.

10. *Novene tot voorbereijding etc.* latine — *Novendiales preces adhibendae pro preparatione ad festum B. V. Mariae de Monte Carmelo.*

Brugis 1840 in 18.

11. *Novene ter exre van den glorieusen etc.* latine scilicet: *Novendiales preces in honorem gloriosi et seraphici Patris S. Joannis a Cruce, moerentium et puritatis cultorum protectoris.*

Brugis 1840 in 18.

12. *Maend van het H. Hert van Maria etc.* Versio opusculi de quo supra N. 2.

Brugis 1841 in 18.

Praeter haec gallice typis mandavit sequentia.

13. *Responsionem ad quemdam Parrochum Brussellensem,* qui litteris datis ad R. M. Priorissam monialium nostrarum Brussellensium die 23 novembris 1841, probare conatus est, regularibus non licere divina officia celebrare eadem hora ac Ecclesia Parrochialis.

Brugis 1841 10 Decembris in 4. pp. XI.

(Haee omnia ex relatione R. P. Thomae-Michaelis a SS. Sacramento Definitoris provincialis Belgicae Provinciae).

(29) Augustinus Maria a Ss. Sacramento Germanus

Natus est 10 novembris anno 1821 Amburgi in Germania ex parentibus haebreis, et vocabatur Hermann Cohen. In haebraismo perseverans, et falsis etium principiis imbutus, et novitatibus politicis adhaerens, anno 1847 Italiam primo ac deinde Galliam perlustravit, semina rebellionis contra Principes ponens, cum magno sui periculo incidendi in manus eorum. Multos habebat sui admiratores, quia perfectissime Organa et cymbala pulsabat, et musices artem apprime callebat. Quadam die, Dei Providentia factum est, ut casu et amicitiae gratia debuerit loco alterius musices cultoris, in quadam Ecclesia Parisiis organa pulsare adhuc Judaeus, tempore quo expositum adorabatur SS. Christi Corpus.

Hoc temporis momento Deus mirabilia fecit, ut ovis, quae perierat, reduceretur ad ovile, nam lux interior et efficax cor

ejus penetravit, ut affirmavit idem ipse, et vidit, quae ineffabilia sunt, et quae auris humana non audivit, et illo instanti tanta fuit gratiae potentia, ut ad instar Pauli illico conversus sit ab Dominum, et corde Christianus egressus sit e templo.

Paulo post Baptismate lotus est, et aliis de more factis, petiit nostrum Monasticum habitum, et cum Constitutiones nostrae obstarent, Romam se contulit, ut dispensationem super his statutis peteret, qua obtenta statim Parisios remeavit, et mox intravit in Ordinem nostrum, ibique vota solemnia pronuntiavit 1850. Studiis peractis, sacerdotio initiatus est, et toto cordis affectu ad animarum salutem se contulit, et in hoc exercitio multas animas Christo lucrifecit, etiam ex haebraea natione. In pluribus Galliae Urbibus verbum Dei praedicavit cum magno Animarum fructu, multisque in locis devotionem quadraginta horarum coram SS. Sacramento instituit, et ubilibet opera beneficentiae et pietatis commendavit, ad quorum emolumentum temporale, saepe saepius ipse validissima prospiciebat pulsatione organorum, quae hominum corda ad eleemosinas erogandas devinciebat.

Londini in Anglia conventum Ordinis nostri erexit, ibique superioris gradum habuit.

Tempore belli inter Galliam et Borussiam anno 1870, et praecipue post desolationem Galliis inflictam in eodem praelio, P. Augustinus petiit pro gratia a superioribus, in urbem Spondaviae se conferre, ut infirmis et vulneratis Galliae militibus in Nosocomiis ministraret; et revera in hoc sancto et haerumnoso exercitio, propter immensos exhantlatos labores typho maligno correptus, admirabilis charitatis victima pro fratribus mortem oppetiit die 20 januarii 1875. Mirabilis suae conversionis historia descripta primo fuit a D. Gergères, atque typis pluries edita in urbibus Galliae, et gallico idiomate, quae postea versa fuit in linguas anglicam, germanicam, flandricam et italicam. Compendium etiam vitae ejus exaratum et editum fuit ab Ab. M. Moreau in parvo volumine anno 1876. Nunc autem copiosior historia vitae ejus prodiit auctore Carolo Sylvain, et versa est in italum idioma anno 1883.

Titulus operum illius musicalium est sequens, videlicet:

1. *Glorie à Marie! Recueil des nouveaux cantiques*

dédiés à son Immaculée Conception. Paroles de XXX mises en musique à 2, à 3 voix avec accompagnement de l'orgue ou de piano.

Parisiis 1849.

2. *Amour à Jésus Christ. Recueil des cantiques, hymnes, et motets dédiés à la divine Eucharistie. — Composé pour les Prières de 40 heures à Paris. 30 paroles mises en musique avec accompagnement de l'orgue.*

Parisiis 1851.

3. *Fleurs du Carmel. Recueil des cantiques français, et motets latins a 1, 2, 3 voix avec accompagnement etc.*

4. *Le Couronnement de la Madone, et de la Vierge. Aurore du Salut. Musique.*

Parisiis.

5. *Messe a 3 voix avec accompagnement etc.*

6. *Le Thabor. Recueil de cantiques.*

1870 Parisiis.

(30) Aurelius a S. Barbara Belga

Gandavi optimo loco natus sub nomine Emmanuelis Grijp, 16 januarii 1660 professionem emisit Lovanii die 24 februarii 1679. Gessit munera lectoris philosophiae ac theologiae, prioris Bruxellensis, quinquies definitoris provinciae, bis provincialis et visitatoris generalis Missionum N. Hollandiae, et optime ea omnia explevit. Praecipuus N. Ecclesiae Gandavensis promotor, plenus meritis mortuus est Bruxellis 3 junii 1722. Optimi consilii vir, et ingenii acumine praepollens, Ordinis nostri bono semper indefesso zelo consuluit. Typis mandavit gallice:

1. *Epistolam pastoralem ad moniales suae provinciae in 16. 1715.*

Hanc epistolam scripsit dum secunda vice provincialem agebat ad probandam authenticitatem constitutionum N. monialium. Prodiit suppresso nomine loci et typographi. Exemplar extat in Bibliotheca PP. NN. Caprimontensium, et aliud apud N. moniales Bruxellenses. Citatur a R. P. Bertholdo-Ignatio a S. Anna in opere: *Anne de Jésus et les Constitutions des Carmélites.*

2. *Extant tres quatuorve Epistolae pastorales MS.*

latinae in N. Conventibus Belgii. Directae fuerunt ad suos religiosos provinciae Belgicae. Nonnullae illarum versantur circa observantiam regularem.

(31) Avertanus a S. Theresia Belga

Natus est Ypris 27 februarii 1843 et ab aquis lustralibus nomen habuit Augusti Deraeve, vota sacra emisit 1866 die nona octobris. Adhuc in humanis agit et in nostro Gandae Collegio sacras scripturas, ut magister explicat et docet a quatuor fere annis.

Idiomate flandrico typis dedit sequentia :

1. *Tres Rosae Coronae Matris nostrae inserendae, seu Historia trium imaginum miraculosarum B. Virginis Mariae, quae in flandrico Carmelo coluntur.* Accedunt : *Novem ad B. V. Mariam visitationes, litaniae Ejusdem, et aliae preces indulgentiis ditatae.*

Brugis 1880 in 12.

2. *Schola Amoris Iesu-Christi. Opusculum ad utilitatem eorum, qui mensem junium SS. Cordi Iesu dicant, conscriptum.*

Gandae 1882 in 18 pp. 280.

Duo alia opuscula, huic similia parat Auctor praelo, idest : *Hortus S. Ioseph pro mense Iosephino, idest Martio.*

3. *Sigillum amoris Iesu in die primae Communionis acceptum* — Opusculum Neo-communicantibus dicatum.

Gandae 1883 in 12. pp. 48.

4. Novam editionem curavit opusculi *Schatkmer van den H. Joseph* a R. P. Ioanne a Cruce conscripti, et jam pluries recusi.

Gandae 1881 in 18.

Ex relatione et R. P. Thomae-Michaelis a SS. Sacramento definitore provinciali Belgii.

---

(1) Bartholomeus a S. Angelo Mutinensis

Hujus religiosi biographicum elogium mihi maxime cordi est conscribere, cum ipse sit qui hanc *collectionem nostrorum scriptorum* multo labore composuerit, sine qua multi insignes ex Ordine nostro Auctores, hac nostra aetate essent omnino ignoti, nec spes amplius foret eos cognoscendi in futurum. Hujus igitur collectionis *supplemento* illum etiam adjungere fas est, ut nomen ejus in fastis Ordinis nostri diutius perseveret. En igitur breviter de illo, nam pauca equidem habere potui, cum ipse vitam egerit religiosam tempore satis iniquo, quo claustra regularia impie claudebantur, et religiosi ipsi a propriis domibus exulare cogebantur.

Mutinae ortum traxerat iste religiosus anno 1762 14 aprilis, ex parentibus aeque piis, dictus in aquis lustralibus Hieronymus Barutti. Aetatis decimo septimo idest 1779 18 julii solemniter se Deo devovit in N. Mutinensi coenobio, dicto de S. Maria de Paradiso. Electus fuit prior istius conventus anno 1805, et ipse revera fuit ultimus prior illius Domus, quia anno 1808 fratres nostri eam linquere debuerunt, quia haereditas nostra versa est ad extraneos. Habuit in eadem N. provincia alterum fratrem germanum, qui vocabatur P. F. Petrus de Alcantara a S. Theresia, qui post suppressionem Napoleonicam, Mutinae Parochi munus habuit, ibique morti debitum solvit. P. Bartholomeus extra claustrum necessitate degens, non otiose tempus terebat, sed conversatio ejus erat cum Deo, et cum libris, qui ei ad memoriam revocabant Ordinem suum, leges Instituti, et exempla et scripta insignium virorum reformati sui Instituti. Ex quo factum est, quod moliretur in suo exilio colligere undequaque, et quaerere notitias et documenta scriptorum N. Ordinis, usque ad primos annos hujus saeculi deciminoni, ut compleret et absolveret opus P. F. Martialis a S. Ioanne Baptista, qui scribere cessaverat quoad nostros Auctores ab anno 1730. Noluit aut non potuit typis edere opus compositum, attamen bina illius exemplaria calamo suo exaravit, quorum unum dono dedit et reliquit

provinciae suae Longobardiae, quod fatali eventu deperditum est, alterum misit conventui N. S. Annae Genuae, utpote primum Congregationis N. Italicae coenobium. Hoc postremum fausto omine oculis nostris obviam venit, dum Bibliothecam conventus S. Annae perlustrabamus, illud ad trutinam vocavimus, et a manibus alienis et rapacibus extraximus, ut tandem possemus post multos annos praelo committere, adjuncto supplemento, in quo scriptores nostri inscribuntur, qui libros composuerunt postquam P. Bartholomeus jam volumen suum absolverat usque ad nostra tempora, et illi etiam Auctores adduntur, qui ab aliis nostris biographis, et ab ipso P. Bartolomeo oblivioni dati fuerant. Opus hujuscemodi per utile et honorificum est Ordini Nostro, et ab omnibus religiosis desiderabatur, et jure merito lamentabatur, quod nullus ex nostris per intervallum quasi annorum centum quinquaginta, hujus generis opus aliud aggressus fuerit, aut saltem continuationem, et supplementum adjunxerit operi P. F. Martialis a S. Ioanne Baptista, qui suam collectionem solum protraxerat ad annum 1730, nec amplius quod sciamus operis istius editio renovata est, quod tamen in votis omnium erat.

Collectioni scriptorum N. Ordinis utriusque Congregationis et sexus P. Bartholomaeus addidit in calce *Indicem Illustriorum Praesulum ex Ordine Nostro*, cui deerant nonnulli. quos nos in Indice ipso inscripsimus, item in illo volumine elenchus habebatur *omnium N. Praepositorum Generalium Congregationis Italicae*, et notitia diei et anni electionis eorum, usque ad annum 1820. Insuper addiderat in fine voluminis *prospectum provinciarum et Conventuum omnium N. Congregationis Italicae, nec non breviorem notitiam Congregationis Hispanicae.*

Titulus operis P. Bartholomaei hic est:

Collectio scriptorum Carmelitarum Discalceatorum utriusque Congregationis et sexus.

Quae scribimus de P. Bartholomaeo gratiose accepimus a Patribus Provinciae Longobardiae.

(2) Basilius a S. Leandro Siculus

Typis mandavit opusculum quod inscripsit:

Preparazione di nove giorni, e nove venerdì precedenti alla festa di S. Giovanni della Croce.
Palermo 1744 in 12,

Hoc habetur a P. Alexio Narbone in sua Bibliotheca Sicula systematica, edita Panormi 1854 Tom. III pag. 425.

(3) Benedictus a S. Ioseph Belga

In saeculo vocabatur Mathias Ioseph de Brabandère, et lucem viderat in Bissenghem pago Cortracensis dioeceseos in Flandria. Vota solemnia emisit Lovanii 20 iulii anno 1746, aetatis suae 20. Magistri novitiorum semel, supprioris Bruxellensis bis, et prioris Yprensis quater munia obivit. Mortuus est Ypris 19 augusti 1785. Adfuit capitulo generali Romae coacto 1773 ut socius suae provinciae.

Flandrico idiomate scripsit:

Itinerarium Romanum satis amplum et curiosum, quod asservatur MS. in 8. in bibliotheca conventus nostri Yprensis.

Iter suscepit per Galliam et absolvit per Germaniam.
Ex Litteris ad me datis a religioso Belga.

(4) Benedictus-Ioseph a S. Innocentio Belga

Ypris in Flandria 20 iunii 1737 ortum habuit sub nomine Antonii Iosephi Pille. Nostri ordinis professus 21 maii 1759. Gandae per tres annos supprioris officium tenuit, et postea anno 1773 Romam petiit, cum tribus e sua provincia sociis, ibi permansurus in nostro seminario S. Pancratii, iturus denique ad nostras missiones orientales. Mutato postea consilio ex venia superiorum, ad patriam remeavit, ibique onus magistri novitiorum illi demandatum est, quod officium ex obedientia mutavit in supprioratum Brugensem, quod munus per novemdecim annos continuos laudabiliter tenuit. Ab hoc conventu die 7 ianuarii 1797 a Gallis, cum aliis religiosis expulsus est, deinde Cortraci moratus est, ubi diem supremum obivit 30 augusti 1805.

Partim prosa, partim carmine flandrice exaravit:

Itinerarium Italicum.

In quo accurate descriptionem fecit locorum omnium,

quos invisit eundo in Italiam, et ex illa redeundo ad suos. Vidit etiam et describit multa de insula Siciliae, quam etiam lustravit, et ea omnia notatu digna, quae in illa peregrinatione illi acciderunt, enarravit.

Hoc opus hodiedum MS. adhuc reperitur Ypris, apud D. Bouten Causidicum, auctoris e sorore nepotem.

Ex epistola habita a religioso nostrae provinciae Belgicae.

(5) Bernardinus ab Angelis Bavarus

Alumnus provinciae Bavaricae S. Crucis, in nostro Ratisbonensi conventu magna cum laude et auditorum profectu, sacras theologicas disciplinas tradidit, ubi etiam SS. Canonum lectoris exercuit officium.

Edidit:

Praelectiones Isagogicae theologico-canonico-legales, de praecognitis principiis et natura Juris legalis universi, scholastica methodo concinnatae, praxi non minus quam theoriae pro utroque foro perutiles in duas partes divisae.

2 Vol. in 4. pag. 1200. Pedeponti 1748.

(6) Bertholdus-Ignatius a S. Anna Belga

Bertholdus-Ignatius a S. Anna, natione Belga, in saeculo vocabatur Eugelbertus Iosephus Wanthus, natus est Gonguies, diaeceseos Tornacensis, die 14 julii anno a reparata salute 1819. In Brugensi nostro coenobio religiosam induit vestem, et die 26 julii anno 1859 per sacra promissa in potestate Ordinis fuit. Nuperrime ad gubernacula suae provinciae Belgicae vocabatur. Nunc Romae in domo generalitia definitoris generalis officio fungitur, et archivium illius domus diurna manu atque nocturna versat, ad expiscanda documenta provinciis et Ordini perutilia et honorifica. Speramus alia ingenii sui, et laborum suorum opera editurum, quod faxit Deus! Multa opera gallico idiomate conscripsit, quae variis in locis typis mandavit.

1. *Manuel de l'Association des Enfants de S. Ioseph, Epoux de Marie.*

Brouxelles, chez Goemaere 1862.

2. *Tableau Chronologique des principaux temoignages rendus aux vertus hèroïques, et à la renòmmée de*

Sainteté de la Vén. Mère Anne de Jésus, compagne de S. Thérèse.

Deux editions l'une autographiée, l'autre imprimée.
Bruxelles, chez Bourotte 1872.

3. *Prologue et prémière partie des Constitutions des Frères Déchaussés de la Congregation de S. Elie de l'Ordre de N. D. du Mont-Carmel, traduits en Français.*
Bruxelles, chez H. Goemaere 1863.

4. *Instruction des Novices du Ven. Père Jean de Jésus-Marie. 3ᵉ Préposé Général de l'Ordre des Carmes Déchaussés, et traduite du latin; précedée de la biographie du Vén. Auteur.*
Bruxelles, chez Fr. Vromant 1872.

5. *Discipline Claustrale composée par le Vén. Père Jean de Jésus-Marie Préposé Général de la Congrég. d'Italie, et traduite de l'Italien.*
Bruxelles, chez Vromant 1874.

6. *Anne de Jésus et les Constitutions des Carmélites Déchaussées ou mémoires justificatifs, tendants à demostrer, que la Servante de Dieu Anne de Jésus est restée constamment fidèle a l'Esprit du Carmel reformé par S. Thérèse.*
Bruxelles, chez Vromant 1874.

4. Nova editio operis cui titulus « *Summa theologiae mysticae R. P. Philippi a SS. Trinitate, Carmel. Discal. provinciae S. Theresiae in Gallia provincialis* » iuxta editionem Lugduni anno 1656 factam, 3 Vol.
Bruxellis excudebat Alphredus Vromant 1874.

8. *Vie de la Mère Anne de Jésus Coadiutrice de S. Thérèse dans l'oeuvre de la reforme du Carmel, et fondatrice de l'Ordre en France et en Belgique. 1 Vol. in 8.*
Malinez chez Dessain 1876.

Opus laudaverunt Ephemerides Galliae et Belgii, *Le Bien Public, l'Ami de l'Ordre, le Belge, La Revue Générale etc.*

(7) Bonifacius a S. Wunibaldo

P. F. Bonifacius a S. Wunibaldo, in saeculo Martinus Schnappinger, professus Coloniensis provinciae SS. Sacramenti, prioris munus gessit, sacrae theologiae lector et professor Biblicae

Exegeseos, hanc disciplinam successive publice docuit in universitatibus Fteidelbergensi et Friburgensi in Brisgovia, in rebus ecclesiasticis consiliarius magni Ducis Badensis.

Scripsit germanice :

« *Die heilige Schrift des nevem Burdes mit vollstaendig erklaerenden Anmerkungen* » sive « *Scriptura Sacra Novi testamenti cum adnotationibus eam plene interpretantibus* » *4 Vol. in magno 8.*

Mannhemii 1801.

Secundam editionem ejusdem operis vulgavit 1808, jam suppressis religiosis a civili gubernio, et impressit sub nomine suo saeculari.

(8) Brocardus a S. Teresia Belga

In saeculo dictus Urbanus Alexander Beaucarne in Eenaeme dioeceseos Gandensis anno 1800. In saeculo fuit professor collegii Alostani. Nostrae religioni nomen dedit anno Dni 1836 30 augusti. In religione conventui nostro Brugensi et Gandensi praefuit, curavitque novitios, fuit provincialis definitor, et bis provincialis ; praelaturam summa cum laude gessit. — Obiit 16 junii 1877.

Edidit :

1. *Recueil d'instructions sur la dèvotion au Scapulaire de Notre Dame du Mont Carmel, précédé d'une notice sur l'Ordre des Carmes.*

La quatrième édition est ornée de onze planches coloriées. Opus laudavit *Le Journal historique et littéraire* tom. XII. p. 121.

Locus editionum Gandae apud Poelman, anno 1845, 1846, 1869, 1875.

2. *Manuel de Pratiques de dèvotion aux Saints Patrons du mois.*

Locus editionis : Ypris apud Simon Lafonteque 1848 ; Gandavi apud Poelman 1874.

3. *Manuel d'Instructions, qui pourront servir utilement aux frères et aux Soeurs du Tiers-Ordre de Notre Dame du Mont Carmel.*

Gand, chez Ad. Rouseau et Soeurs. 1859.

4. *Venerabilis Patris Ioannis a Iesu Maria Carmel. Discalc. Praepositi Generalis Instructio Novitiorum.* Nova

editio, cum compendio Vitae Ven. Patris Ioannis a Iesu Maria.
Gandavi excudebal E. T'Felt-de Jouge 1874.

(9) Bruno a S. Theresia Austriacus

Olbendorfi in Silesia Borrussica 31 octobris 1845 primam lucem vidit. Habitum N. S. Religionis induit, et praescripto tempore vota solemnia pronuntiavit, idest die secunda julii anno 1874.

Germanice scripsit :

Teresien-Iahr. idest: *Annus theresianus.* 1 Vol. pp. 516.
Braunagr (in Austria Super.) 1882 apud Iosephum Stampfl.

(10) Burchardus a S. Matthaeo Germanus

Erat alumnus provinciae nostrae Germanicae. Edidit Herbipoli opus cui titulus:

Militia Christiana seu *Tractatus Asceticus tripartitus de tribus hominis inimicis, Carne, Mundo et Diabolo.*

Ex sacris codicibus et SS. patribus desumptum.

Auctor praeposuit operi hosce versiculos.

I, liber, hunc totum terrarum tutus in orbem
Testantur Docti de bonitate tua.
Gratus eris cunctis, quibus est prudentia rerum,
Zoilus iratus frendeat ille licet.

(1) Camillus a Praesentatione B. Mariae V. I. Bavarus

Fuit alumnus N. Bavaricae provinciae, et transtulit in linguam germanicam:

Librum Psalmorum.

Qui prodiit Campoduni anno 1772

(2) Camillus a Praesentatione B. V. M. II. Austriacus

Erat prius alumnus provinciae Venetae, postea adiunctus fuit provinciae Austriacae.

Scripsit absolutissimum *Dictionarium Malabarico-Latinum-Anglicum adhuc ineditum propter pecuniae deficientiam.*

(3) Candidus a S. Corde Mariae Venetus

Hic missionarius noster in nostris Malabaricis missionibus vertit in linguam malabaricam opusculum DD. Berchialla, cui titulus:

L'Angelo Custode

et typis malabaricis edidit.

(4) Carolus Antonius a Ss. Annuntiatione Genuensis

Alumnus nostrae provinciae Ianuensis et ex honesta familia Spinelli, circa finem saeculi XVII, et initium sequentis verbum Dei cum plausu et fructu, per praecipuas Italiae urbes praedicabat; nam Venetiis, Mediolani, Genuae, Savonae quadragesimales orationes habuit, et ibi conciones panegyricas primi et praecipui momenti, facunde ex suggestu dixit.

Me latet utrum aliud typis mandaverit praeter *Volumen Sermonum de Sanctis*, quem vidi.

Attamen multa alia edere volebat, ut asserit in praefatione voluminis editi.

Utrum effectus responderit intentioni penitus ignoramus.

Volumen editum hunc profert titulum:

Panegirici del M. R. Carlo Antonio dell'Annunziata Carmelitano Scalzo.

1 Vol. Venezia 1714.

Haec est secunda editio. — Ignoramus ubi prima habuerit locum, et quo anno.

(5) Carolus Ioseph a S. Ioanna Belga

Ioannes Laurentius Rombauts Lovaniensis, natus 15 februarii anno 1717; professus Lovanii 10 decembris 1737; diem clausit supremum Bruxellis, 22 januarii 1783. « Vir devotus, orationis et recessus amantissimus. Poësim feliciter coluit, *cuius multa et non spernenda specimina posteris reliquit.* »

Ita unus e continuatoribus Chronologiae provinciae Flandro-Belgicae a P. Cyrillo a S. Augustino conscriptae.

Horum speciminum duo tantum nacti sumus, et haec flandrica; videlicet:

1. *Ars bene vivendi — in 8.*

Brugis 1780.

2. *Ars bene moriendi — in 8.*

Brugis 1780.

(6) Carolus Hiacynthus a Iesu Maria Genuensis

Natus est Saxelli dioecesis Acquensis, a baptismate vocatus Aloysius Andreas Badano filius Petri et Mariae Laureto. Ingressus Religionem in nostra provincia Genuensi, vota solemnia noncupavit anno Domini 1786 die 12 novembris. Ingenio acri et subtili in philosophia aeque ac theologia valde profecit. In geometria et algebra, et praecipue in physica et botanica erat apprime excultus, quas etiam scientias cum plausu edocuit, cum perversitate temporum, ac legibus iniquis Napoleonis, claustra deserere, et Melitam exulare coactus est.

Pace Ecclesiae reddita ad suos Genuam remeavit, et multum adiuvit Confratres ad reconstructionem provinciae.

Multa dedit praelo, sed ignoramus titulos.

1. Edidit:

Osservazioni Critico-Teologiche contro una Dissertazione politica di Vittorio Barzoni.

Messina 1811.

(7) Ill.mus ac Rev.mus Carolus Hiacynthus a S. Elia Genuensis

Episcopus Miriophytanus, et vicarius apostolicus Quilonensis in Indiis malabaricis, de quo etiam in *Cathalogo Illustriorum Praesulum*, dignus est ut adnumeretur quoque inter scriptores ordinis nostri. Religiosis nostris in missione degentibus algebram, mathematicam, philosophiam, nec non theologicas disciplinas explanavit, ut aptiores fierent operarii in vinea Domini.

Prodierunt Verapoli:

1. *Philosophia ad usum Seminarii Verapolitani Ord. Carmel. Excalc.*

2. *Lectiones Theologiae Dogmaticae ad usum eiusdem Seminarii.*

Insuper reliquit nonnulla manuscripta geometriae et mathematices.

(8) Carolus Maria a S. Corde Iesu Gallus

Anno 1818 vitae initium habuit vocatus a familia De-Cardeval, et anno 1849 omnium plausu vota solemnia emisit. Post studiorum cursum cum laude absolutum, prioris officio functus est. Valde exoptabat, et completurum sperabat, opera omnia S. Patris N. Ioannis a Cruce in gallicam linguam vertere, et synopsim vitae illius describere, at morte praeventus desiderium suum ex integro adimplere nequivit: praelo dedit tantum primum volumen quod continet:

1. *Ascensum Montis Carmeli.*

2. Alterum volumen complectens *Noctem obscuram et Cantica Spiritualia* in carmine gallico conversa manuscriptum remansit.

Primum volumen prodiit Tolosae.

(9) Carmelita Excalceatus

Eiusdem Provinciae Germanicae transtulit ex italico in germanicam linguam:

Thesaurus Carmeli in S. Scapulari — 1 vol. in 8. pag. 410.

Augsburgi 1632.

(10) Carmelitae Excalceati

Provinciae SS. Sacramenti in Germania typis mandarunt idiomate patrîo :

Historiam Vitae ac virtutum V. F. Francisci a Puero Jesu C. D. a R. P. F. Iosepho a Iesu Maria primum hispanice scriptam, et ab alio eiusdem ordinis religioso ex gallica lingua in latinum jamdiu donatam.

Coloniae Agrippinae 1628.

(11) Carmelitae Excalceati

Provinciae Germanicae curarunt novam editionem operis :

Speculum Privilegiorum Regularium a R. P. Petro ab Angelis compositum una cum *tractatu eiusdem argumenti* scriptum a R. P. Andrea a Matre Dei Salmanticensi.

Coloniae Agrippinae 1681.

(12) Carmelitarum Collegium Biatiense

Collegium Biatiense carmelitarum discalceatorum edidit Barcinone anno 1728 :

Cursus Theologicus-Expositivus. Volumen primum continens praedicamenta biblica in folio.

Editus fuit tantum hic tomus primus, qui difficile reperitur.

(13) Cajetanus a S. Ignatio Bavarus

Fuit religiosus carmelita excalceatus ex provincia N. S. Crucis Bavariae :

Edidit germanica lingua conscriptum volumen, cui titulus:

Sermones pro Novendio S. Patris N. Ioseph. — Tom. 1. in 4.

Augsburgi 1739.

(14) Cecilia-Theresia a Iesu

Haec fuit monialis magnae virtutis et singularis perfectionis. Per decem et amplius annos Graecii fuit discipula V. M. Mariae Electae a Iesu, post cuius obitum illi successit in officio priorissae in monasterio Pragensi.

Scripsit :

Narratio de causis exhumandi corpus dictae V. M. Mariae Electae. — Quam narrationem de verbo ad verbum excripsit auctor anonymus Vitae eiusdem venerabilis, sed latino redditam, et operi suo inseruit.

Ex Relatione R. P. Thomae Michaelis Def. Provinciae Belgicae.

(15) Clemens a Iesu Pedemontanus

Scripsit :

1. *Alphabetum Sanscradamico-Malabaricum.*

Editum Romae.

2. *Doctrinam Christianam tunc temporis in usu in Malabaria.*

Editam Romae.

3. *Dictionarium vulgaris linguae Malabaricae* — egregium opus inter alia eiusdem speciei.

Auctor mortuus est Verapoli anno 1782, 19 octobris.

V. P. Paullinum a S. Bartholomaeo in sua India Orient.

(16) Ill.mus et Rev.mus Clemens a S. Theresia Pedemontanus

Episcopus Cuneensis in Subalpinis, eius elogium videatur in cathalogo illustriorum praesulum, hic tantum adnotandum est, quod munus gerens praepositi generalis epistolam omnibus superioribus et religiosis ordinis nostri, typis impressam misit, in qua exhortabatur omnes ad regularem observantiam legumque custodiam. Nihil aliud praelo commisit nisi *epistolas pastorales et decreta,* ut moris est in suo munere Episcopali. Antequam ad primam ordinis praelationem eveheretur parochi munus multis annis Augustae Taurinorum implevit in nostra ecclesia S. Theresiae, et ardenti dicendi zelo, et animarum salute flagrans magnam sui extimationem captavit.

Quae manuscripta reliquit non amplius reperiuntur.

(17) Cyrillus a SS. Annuntiatione Longobardus

Natus est anno 1805 Tiberiaci (vulgo Bagnacavallo) dioecesis Faventinae ex patre Dominico Berardi, et in baptismate vocatus est Feo-Xaverius. Adolescens post philosophicas scientias operam dedit jurisprudentiae, quam per aliquod annorum spatium cum laude exercuit.

Pro Longobardica provincia habitum nostrum induit in novitiatu Lodanensi januensis provinciae, et Deo se totaliter obtulit anno 1840. Post professionem in suam Longobardicam provinciam remeavit, ibique, sacerdotio initiatus, per multos annos Placentiae in nostro conventu moratus est; deinde ut missionarius apostolicus ad nostras missiones Syriae, et Malabaricas se contulit. Regressus in Italiam, collegit multos magni praetii libros, et eos misit ad exornandam bibliothecam S. Montis Carmeli in Palestina. In sua provincia nonnulla munia ex obedientia gessit, adhuc vivens Placentiae moratur.

Edidit sequentia:

1. *Morali Conferenze della Famiglia Cristiana.* Placentiae et Venetiis.

2. *Cenni.*

3. *Discorso panegirico sopra S. Teresa.*

(18) Cyrillus a S. Augustino Belga

Sub nomine Philippi Dominici Lammertijn natus est Cortraci in Flandria 23 aprilis 1678; vota noncupavit Lovanii 3 februarii 1717, sacerdotio unctus est Namurci 12 aprilis 1721. Praedicationi verbi Dei deditus, dicendi peritia, et zelo animarum fuit omnibus admirationi et profectui. Silentii et recessus cultor eximius, dabat orationi quod supererat temporis ab animarum cura, et librorum lectione et scriptione. *Multa et pene innumerabilia scripsit*, ait necrologus conventus Brugensis, fuit namque poeta eximius, et scripsit multa volumina tam latine quam flandrice. Obiit Brugis 28 septembris anno 1747, meritis et virtutibus dives.

Scripsit latine:

1. *Poema in semi-Jubilaeo Episcopi Brugensis.*

2. *Poema ad honorem alius Episcopi Brugensis adeuntis Cathedram episcopalem.*

Huiusmodi poemata edita sunt annis 1740-1743.

Sequentia manuscripta asservabantur Brugis.

3. *Liber Fundationum Carmelitarum Discalceatorum in Flandro-Belgio.* Tractat *de conventibus virorum, aeque ac Monialium N. Ordinis.* Opus non potuit absolvere morte praeventus.

4. *Ordinis B. V. Mariae de Monte Carmelo a S. M. Theresia reformati in Prov. Flandro-Belgica origo et progressus.* Tractat *1. de Praepositis Generalibus, 2. Conventuum et Missionum N. Congregationis, 3. Provincialium, 4. Priorum et Suppriorum, 5. Definitorum Prov.m, 6. Religiosorum Choristarum, 7. Donatorum Provinciae.*

5. *Annales Conventus N. Brugensis ab anno 1725 ad ann. 1745.*

6. *Necrologium eiusdem Conventus ab anno 1717 ad ann. 1744.*

Necrologus conventus Brugensis scribens de P. F. Cyrillo laudat eius devotionem erga B. V. Mariam, et S. P. N. Iosephum, nec non erga S. Iulianum Martyrem, cuius corpus exaltari curavit.

(19) **Cyrillus a S. Matthaeo Germanus**

In nostra provincia SS. Sacramenti Germaniae, cuius filius erat definitoris provincialis officium gessit; et lingua germanica Wirceburgi 1769 edidit opus:

S. Theresia Dux fidelis ad devotionem S. Iosephi ac de eius annulo.

---

(1) Didacus a S. Antonio Belga

Ex fonte baptismatis nomen sortitus est Ioannes de Bekers, et natus est Bruxellis 30 septemb. 1681, vota emisit Lovanii 14 novembris 1701. Primo philosophiam, postea theologiam, ac inde ab anno 1739 scripturam sacram cum plausu edocuit. Prioris officium, nec non socii ad capitulum generale, et quater definitoris provincialis habuit. Clarus vitae integritate et doctrina diem extremum obiit Bruxellis anno 1763 25 nov.is, aetat. suae anno 83. — Latine edidit:

1. *Enchyridion scripturisticum tripartitum.* Tom. I. continet *Praeludia Isagogica.* Tom. II. *Exactam a mundo condito usque ad Christum, ex Vet. Test. deductam Chronologiam, et omnes Vet. Test. difficultates scholastice propositas et solutas.* Tom. III. *Historiam Evangelicam eodem modo expositam, cui subnectuntur Acta Apostolorum.*

Prodiit Bruxellis in 8. 1745 — Wirceburgi in 8. 1759-1769 — Tertia editio Wirceburgi et Fuldae in 8. 1787.

Absoluto III. Tomo opere suo supersedere volebat auctor, sed amicorum precibus victus, calamum reassumpsit, scriptisque addidit:

2. *Auctuarium Enchyridii Scripturistici* sive Tomum IV. in duas partes divisum, cuius prima pars complectitur *Epistolas Paulinas et Canonicas,* secunda vero *Apocalypsim omnia chronologice et scholastice deducta.*

Prodiit Bruxellis 1747 — Wirceburgi 1759 et 1769 — Fuldae in 8. 1787

Hoc opus egregium a tribus examinatoribus dioecesanis probatum et laudatum, tamquam S. Scripturae studiosis perutile, commendatur etiam ab ampliss. D. H. Bracq. in maiori Gandavensi seminario professore, nunc vero a Gandavensi Episcopo in piis prolegomenis ad S. Scripturam.

(2) Dionysius a Conceptione Belga

Edidit:

Expositio litt. et Mystica Missae ac Coeremoniarum eius.

Gandavi 1875.

Ex cathalogo XXXV. Ludwig Rosental a Munich in Bulgaria.

(3) Dominicus a Iesu Maria Austriacus

Natus erat Leopoli in Galitia austriaca anno 1809 ex familia Sartori. Pater eius erat officialis gubernii, et educavit filium in civitate Viennae, ubi etiam sacerdos saecularis factus est, et verbum Dei cum fructu et plausu disseminare coepit. Romae cappellani titulo inserviebat ecclesiae *Dell' Anima*, postea Viennam repetiit, ubi ecclesiae sororum S. Vincentii in suburbio Leopolstadii beneficiatus fuit. Anno 1844 ordinem nostrum ingressus est, et anno elapso professionem emisit Graecii. Erat celeberrimus praedicator, et ad eius conciones nobiles et plebaei undique concurrebant. Designatus fuit prior Graeciensis, et ultimo a visitatore apostolico emin. card. Scilowsky vicarius provincialis electus fuit, quo in munere mortuus est 30 aprilis 1856. Graecii aet. 47.

Plura edidit, et sunt sequentia lingua germanica scripta:

1. *Iesus Crucifixus, Maria Dolorosa.* Meditationes et devotiones erga Passionem D. N. I. C. et B. Virginem Dei Matrem — 1847.

2. *Vocatio ad Fidem nostro hoc tempore.* Conciones.
Graecii 1855.

3. *S. Ioannes a Cruce primus Carmelita Excalceatus.*
Viennae 1852.

4. *Micae pro pauperibus.* Conciones quadragesimales et aliae.
Graecii 1855.

(1) Elias a S. Theresia

Alumnus N. Pedemontanae provinciae S. Mauritii. Scripsit stylo eleganti et devoto, ac edidit Augustae Taurinorum:

Vitam B. Mariae ab Angelis sub titulo: *La Diletta del Crocifisso.* 1729, 1 vol. in 4.

(2) Elias a S. Maria Belga

Ioannes Franciscus Van Neuversroyn natus in Asper Flandriae orientalis pago die 22 februarii 1758, professus Teneramundae 15 septembris 1792 obiit Gandae ex morbo *Cholera* tunc ibidem saeviente, die 18 julii 1832 aetatis suae 75. Prof. 40.

Fuit rector Ecclesiae nostrae Gandavi, et bonorum dispersae Communitatis administrator ab anno 1814, et illius conventus vicarius, primus post expulsionem magister novitiorum anno 1831. Multa passus est tempore gallicae persecutionis, et anno 1796 a conventu Gandensi a Republica gallica expulsus fuit, sed brevi eumdem conventum repetiit, neque amplius dereliquit. Ob zelum animarum, se ab impiorum manibus saepius subtraxit, et secreto ministerium sacrum exercuit, cum frequenti periculo vitae. Vitae religiosae maxime addictus, Ordinis nostri amantissimus Ecclesiam et conventum saepius a manibus impiorum exemit, et regularem observantiam quantum potuit in se et aliis promovit. Abnegationis et poenitentiae, orationis et solitudinis amans, seipsum praebuit exemplum bonorum operum. Sancta morte vitam virtutibus et meritis praestantem absolvit, cum opinione sanctitatis apud omnes.

Edidit flandrice:

Instructiones pro Tertiariis Ordinis B. V. Mariae de Monte Carmelo a Seraphica S. M. Theresia reformati. Gandae 1808 in 18.

Ex Relatione R. P. Thomae-Michaelis a SS. Sac. Definit. Provinc. Belgii

(3) F. Elias a S. Patritio Hibernus

De hoc nostro religioso nihil aliud scimus, quam illum pertinere ad nostram provinciam Hibernicam, natum fuisse ann. 1839, vota pronunciasse in Ordine nostro anno 1861, adhuc in

mortalibus vitam agere, et anno praeterito typis mandasse opusculum pium, orationibus et meditationibus refertum in lingua hibernica.

(4) Emericus a S. Stephano Austriacus

Provinciae S. Leopoldi Austriae alumnus, sui conventus Pragensis prior. — Edidit:

1. *Historia gratiosi Pueri Iesu,* qui Pragae apud nostros colitur.
Pragae 1737.

2. *Pragenum Magnum et parvum,* h. e. *Historia Pueri Iesu.* (Idiomate germanico).
Pragae 1739.

3. *Philosophia Thomistica* iuxta Ordinem Complutensium. 4 vol. in 4.
Ratisbonae 1729.

(5) Emmanuel a S. Maria Belga

Natione Belga, in saeculo vocabatur Carolus Clinckemaille; Ypris civitate Flandriae natus est anno salutis 1837 in pervigilio solemnitatis B. Mariae Virginis de Monte Carmelo.

Opus scripsit idiomate Flandrico, videlicet:

Sints Iosephs Kroon of Panselyke Krooning van het standbeeld van den Heiligen Ioseph, welk in kerk der Eerveerde Paters ongeschoende Karmeliten Cinnen Brussel vereed wordt. Quod latine vertitur: *Corona S. Ioseph, sive Pontificalis Coronatio Statuae S. Ioseph, quae veneratur in Ecclesia Bruxellensi Carmelitarum Excalceatorum.*
Bruxellis ex praelo Fr. Haenen 1869.

(6) Ephrem a Matre Dei Belga

Natione Belga in saeculo vocatus Edmundus Miot, ortum habuit Beaumont Dioeceseos Tornacensis, die 25 februarii 1832. Solemnia vota nuncupavit die 11 septembris anno Domini 1874. Antequam nostrum Ordinem ingrederetur, in minori Seminario De-Bonne Espérance, Dioeceseos Tornacensis fuit professor ab anno 1860 usque ad annum 1873. In N. Ordine curae Tironum in novitiatus conventu incubuit. Usque ad annum 1881 vixerat, et regulari observantiae vacaverat, sed nondum

quinquagenarius in conventu Caprimontii apud Leodium obiit in osculo Domini. — Edidit opus cuius titulus:

Vade-Mecum des Novices de l'Ordre de N. Dame du Mont-Carmel. Traduit du Latin.

Hoc opus quod primo prodierat Monachii anno 1736 et cura P. Stephani a S. Theresia, nunc iterum 1874 imprimebatur ut erat latine compositum, gallice tandem redditum a dicto R. Ephrem praelo iterum dabatur Malines 1875 apud Dessain. — *V. P. Stephanus in Supplem.* Opusculum istud mole tam parvum tamen multi emolumenti est N. novitiis et studentibus, cum ipsum in compendio contineat nostras leges, statuta, et consuetudines bonas. Nunc vero denuo typis datur a N. Patribus Longobardicis.

(7) Epiphanius a S. Mauritio Belga

In saeculo Iacobus Ariens Aspricollensis. — Vota solemnia dixit Lovanii 4 aprilis 1660, et migravit a saeculo Gandavi 6 januarii 1697 aet. 59 prof. 37.

Fuit insignis cultor devotionis erga S. Ioseph, et eximius Verbi Dei praedicator. Munere prioris in conventibus nonnullis optime functus est, nempe Brugis, Ypris et Antuerpiae. — Edidit:

1. *Libellum Confraternitatis Gandavensis S. Ioseph* flandrice scriptum sub hoc titulo latine redditum — *Novus Cherubim, seu S. Ioseph in Patronum assumptus ab Imperatore Leopoldo I. Austriaco, et Hispaniarum Rege Carolo II, exaltatus a SS.mo D.no N. Innocentio XI, et illustratus a Confraternitate sub ejusdem patrocinio erecta Gandavi apud Excalceatos Carmelitas anno 1683.*

Gandae 1683 in 12. pp. 154.

2. *Disciplinam claustralem.* Quo idiomate non constat.

3. *Alia quaedam,* ut ait Necrologus Conventus nostri Gandavensis, quae tamen cujus generis fuerint ignoramus.

MSS. reliquit:

Concionum tomos VIII in 4.

(1) Ferdinandus a S. Maria Genuensis

Genuae ortum habuit 25 decembris 1770 ex honestis parentibus Iosepho Vassallo, et Catharina Gavazzo, et in Baptismate nomen accepit Emmanuelis. Professionem fecit in Novitiatu S. Mariae Sanitatis Genuae. Fuit in provincia Januensi provincialis. — Obiit in conventu S. Annae eodem die quo natus erat idest 25 decembris anno 1834, morbo quasi apopletico correptus. Vir fuit valde benemeritus suae provinciae multum adlaboravit in colligendis notitiis spectantibus ad nostros conventus, et monasteria, quas manuscriptas reliquit in diversis voluminibus ad usum provincialium pro tempore.

Nos vidimus sequentia idiomate italico:

1. *Cathalogum et Biographias Carmelitarum Excalceatorum provinciae Genuensis* paginarum 395 cum indice. Qui Cathalogus adhuc inservit colligendis nominibus religiosorum ab anno 1834, qui fuit extremus R. P. Ferdinandi.

2. *Cathalogum et Biographias Monialium provinciae Genuensis*, scilicet earum quae professionem emiserunt in N. Asceteriis Genuae et Savonae.

3. *Cathalogum electionum factarum in Capitulis Provincialibus Carmelitarum Discalceatorum provinciae Genuensis.*

(2) Ferdinandus a S. Petro Belga

Alumnus provinciae Flandro-Belgicae natus erat Mechliniae 27 julii 1719 et ex baptismate nomen sortitus erat Petri Mirockx. Lovanii habitu nostro indutus, suo tempore professionem emisit 13 septembris 1741. Paucis annis vixit, quia immatura et subitanea morte praeventus, extremum diem clausit 1759 apud patres Birgittinos in Noboke prope Antuerpiam aetate 41 annorum. In nostro Gandavensi coenobio philosophiam docuit, et postea Lovanii theologiam per sexennium in lectoris officio, explanavit cum laude tanta, ut non tantum apud

nostrates sed etiam apud exteros et apud Lovanii summos theologos nomen celebre consequeretur.

In archivio conventus Gandensis olim servabatur manuscriptum opus, cui titulus inscribebatur:

Cursus Theologiae Scholasticae. Tomi 4 in 4.

Sic notatum reperitur in schedis P. Cyrilli a S. Augustino,

Haec ex Necrologio Conventus Gandensis, et ex notitia habita ab jam pluries laudato P. Thoma Michaels attuali definitore provinciali, et magistro novitiorum provinciae Belgicae, Brugis morante.

(3) Ferdinandus a S. Theresia Belga

Prope Tornacum in oppido Pecq 1847 natus, nomen habuit Carolus Mille. Bruxellis habitum nostrum induit 1866, et anno sequenti vota simplicia edidit, quae solemniter postea pronuntiavit in conventu Gandavensi 1870. Sacerdos ex obedientia factus, totus incubuit operibus, quae ad ministerium Sacerdotale et ad religiosi status conditionem spectant.

Edidit anno 1878 *Menologium*, sive biographias sanctorum, beatorum, venerabilium atque illustrium virorum Ordinis nostri in tribus voluminibus comprehensas. Gallico idiomate.

Quod opus pluris haberetur si aliquoties critices exacta non deficeret.

Ex litteris Nostrorum Religiosorum Provinciae Belgicae.

(4) Franciscus Maria a S. Theresia

Hic fuit Missionarius in Malabaria, et vixit cum Ill.mo Episcopo N. Francisco Salesio a Matre Dolorosa. Eum adjuvit in conscribendo suo Manuali missionum ecc. quod etiam auxit, et perfecit.

V. in hoc supplemento DD. Franciscum Salesium a Matre Dolorosa in Indice scriptorum O. N.

(5) Franciscus Salesius a Regina Angelorum Belga

Lutosae in dioecesi Tornacensi anno Domini 1818 21 septembris ortum habuit, et ex aquis baptismatis nomen accepit Hyppolythi Rimbaut. In nostra Religione solemnia vota emisit 1866. Antequam Ordinem nostrum ingrederetur fuit professor

in parvo Seminario *Bonne-Espérance*, et etiam Parochi munere functus est in Valereille-le Brayeux dioeceseos Tornacensis. — In Ordine fuit prior Bruxellensis et Brugensis, et adhuc in humanis est religiosis operibus inhaerens.

Edidit Bruxellis:

Ante suum ingressum in Ordinem:

1. *Sainte Elisabeth*, Drame sacré en vers in 8.

2. *Iudith*. Drame sacré en vers, et odes.
Tornaci 1860.

3. *L'Annuntiation*. Drame en vers et odes.
Tornaci 1861.

Post professionem:

4. *La Couronne de S. Ioseph*, ou couronnement de la statue de S. Ioseph au nom de Pie IX.
Bruxellis anno 1869.

(6) Ill.mus DD. Franciscus Salesius a Matre Dolorosa

In serie illustriorum Praesulum ex Ordine N. assumptorum pauca dicemus huius Episcopi, hic adnotamus quae publici iuris fecit typis:

Haec sequentia opera dignoscuntur.

1. *Synoptica descriptio missionis Malabaricae.*

2. *Cathalogus Episcoporum* Ord. Carm. Excalc.

3. *Sermo inter Catholicum* et *Nestorianum*. — Hoc MS. opus asservatur Romae in Bibliotheca Congreg. Propagandae.

4. *Manuale Missionum*, et *Vocabolarium Missionariorum*. — Opus hoc impressum fuit Herbipoli anno 1829.

In hoc Manualî Ill.mus Auctor enumerat Missionarios Ord. N. tunc temporis existentes, quod ad sexcentum septuaginta et amplius auget. Inter quos triginta Germanos et viginti tres Austriacos, sexdecim Bavaros, Polonos sex, ex Gallicis provinciis 22, ex Hibernia quinque, ex Hispania et Lusitania septem, ex Hollandia et Flandro-Belgio octo enumerat individuos, et reliquos dicit pertinere ad provincias italicas. — Hoc Manuale per multos annos remansit manuscriptum, sed postea,

ut dictum est, typis editum fuit 1829: prius Babilone asservabatur, sed postea in Europam transmissum fuit a N. Religiosis.

Hoc Manuale compositum fuit ab ipso Ill.mo Praesule, sed scriptum manu P. F. Francisci Mariae a S. Theresia, qui opus perfecit Babilone die 12 aprilis 1785. Hoc manuscriptum in charta indica in Vol. in 8. et religatum indiana pelle paginarum 336 inventum est et aquisitum a R. P. Marcellino a Civessa.

(7) Ill.mus DD. Franciscus Xaverius a S. Anna Genuensis

Parvam nimis biographiam huius praeclarissimi Antistitis praecipui decoris Ordinis nostri, et huius nostrae Januensis provinciae iam nostro calamo describemus in Cathalogo praesulum; nunc satis est nonnulla tantum enumerare volumina, quae typis edidit, cum sit valde difficile verba facere de illis, quae aut nobis ignota sunt, aut manuscripta in archiviis missionis Verapolitanae quiescunt.

1. *Lectiones S. Scripturae*, sive Versio libera Veteris Testamenti in idiomate lusitano edita.

2. *Observationes super Calendarium Astronomicum respective ad Kalendarium Brahamanicum.* Multis in locis editum.

3. *Grammaticam et Dictionarium linguae Conconni.* Sed cum non fuerint typis haec opera mandata forsitan, ut inquirat N. Missionarii, alii adepta possessione gloriantunt illis.

(8) Fridericus a Iesu Bavarus

Monachii in Bavaria 1721 prodiit in lucem, et in provincia S. Crucis Bavariae apud nos professionem emisit. Completo vitae curriculo, animam exhalavit 1788, ubi primum aer vitae respiraverat. Typis commisit:

1. *Quaestiones sacrae responsionibus concionatoriis* pro omnibus anni Dominicis ac festis.

Vol. 4 apud Augustam Vindelicorum 1771.

2. *Liber Sanctorum Evangeliorum ac Lectionum* in omnes dies dominicales et festivales. Opus hoc scriptum est lingua germanica, et constat duobus voluminibus.

Augustae Vindelicorum, anno 1785.

(9) Fulgentius a Cruce Neapolitanus

Provinciae N. Neapolitanae alumnus. Religiosus iste operam dedit praedicationi Verbi Dei. De vita ipsius nullam habere potuimus notitiam, scimus solummodo orationes aliquas panegyricas e suggestu dixisse, praecipue in Ecclesiis Urbis Neapolitanae, quas postea typis mandavit in illa civitate, adjunctis unicuique Orationi titulis poetice exaratis. Duodecim extant Orationes editae cum argumentis poeticis, sed ut verum fateamur, nec prosa nec versu suae posterae famae consuluit. Titulus operis est:

Sacre prose panegiriche cogli argomenti in verso. Neapoli 1734.

(10) Fulgentius a S. Maria Germanus

Germanicae N. provinciae filius, edidit germanice opus cui titulus:

Historia miraculosae Imaginis B. Mariae V., quae sub titulo *Gloriosae Reginae Pacis* Coloniae Agrippinae colitur in templo Sanctimonialium Discalceatarum in Der Schmurgasse, cum vita quarumdam Monialium.
1 Vol. pag. 409. — Coloniae 1712.

(1) Ceminianus a S. Octavio

Missionarius noster in Indiis descripsit exactam *Mappam Geographicam* in qua Malabariae portus, flumina et urbes ex ordine recenset, et lineis distinguit. Opus laudatur a R. P. Paullino celeberrimo scriptore O. N. V. *Indiam Orientalem* P. Paullini.

(2) Georgius a S. Gregorio

Antuerpiae ortum duxit hic religiosus sub nomine Iacobi de Grof die nona aprilis 1682, et apud nos in Lovaniensi conventu vota sua dixit 11 julii 1706. Ab ineunte aetate insignis cultor fuit B. Virginis Mariae, et humilitatis quoque amator inter laicos conversos aggregari postulaverat; attamen ob animi egregias dotes factus non fuit suae petitionis compos, et inter choristas adnumeratus est, non sine magno Ordinis emolumento: etenim tota vita sua ad instar lucis tam in virtute quam in scientia resplenduit. Dignitatum onera, honorificas functiones omnes humiliter recusavit, et solum munus lectoratus ad philosophicas et theologicas disciplinas edocendas acceptavit, et munus supprioratus S. Deserti Nethensis. Plenus bonis operibus extremum diem clausit Gandavi 10 martii anno 1732 aetatis suae 51, prof. 26.

Scripsit latino idiomate, ut conjicimus, dissertationes:

1. *De Incarnatione Verbi.*
2. *De Immaculata Deiparae Conceptione.*
3. *De Desponsatione B. V. Mariae cum Beato Ioseph.*

Haec olim asservata fuisse inter MSS. collegii nostri Gandavensis reperitur adnotatum in schedis P. Cyrilli a S. Augustino.

Haec de P. Georgio nobis communicata fuerunt a saepius laudato P. F. Thoma-Michaele.

(3) Georgius a S. Ioseph Bavarus

Natus est Leckhusii prope Augustam Vindelicorum anno 1702. Fuit alumnus provinciae nostrae S. Crucis Bavariae. Emenso

philosophiae, ac theologiae apud nos studiorum curriculo cum laude maxima, utramque scientiam confratres suos cum magno proventu edocuit in officio praelectoris. Verbum Dei fidelibus praedicavit, muneribus prioris, provincialis, nec non visitatoris generalis optime functus est, praefuit etiam tyronum profectui. Ordinis nostri optime meritus, apud exteros etiam fama excelluit, et ingenii sui nonnulla monumenta reliquit. Mortuus est Monachii sexagenario major anno 1763.

Haec sunt quae scripsit et quae praelo dedit:

1. *Praelectiones Isagogicae de Verbo Dei scripto et tradito*, sive *Praeliminares Introductiones ad Sacram Scripturam et universam Theologiam.*

Prodiit Ratisbonae 1739 — Volumen 1, pag. 1090.

2. *Panis spiritualis matutinus et vespertinus*, sive *Meditationes matutinae et vespertinae pro singulis diebus totius anni.*

Augustae Vindelicorum anno 1765. 3 Vol.

Opus valde laudatum, et in ordine nostro in Germania et Bavaria usitatum. Denuo typis cusum est cura et expensis Urfarniensis conventus nostrorum fratrum in Bavaria.

3. *Exercitia Spiritualia per 10 dies ad renovandam et firmandam personam Religiosam in sua vocatione et sancta professione.*

Augustae Vindelicorum 1765, et postea 1869.

4. *Schola perfectionis Religiosae et Christianae.*

Augustae Vindelicorum 1777.

(4) Gerardus a S. Corde Iesu Hispanus

Antea dictus Ildephonsus a S. Dominico. — V. in suppl. sub hoc nomine.

(5) Gregorius a S. Ioseph Pedemontanus

Astae in subalpinis patre Felice Bonino anno salutis 1818, ortum habuit, ibique primis litterarum rudimentis imbutus est, et usque ad decimum sextum aetatis suae annum mirabilem in studiis progressum fecit, et quotannis inter primos et praemio dignos adnumeratus est. Admissus in nostris anno 1835 habitum Theresianum induit, et anno emenso novitiatus, aetatis suae decimoseptimo votis solemnibus Deo se mancipavit. In

studiis philosophicis et theologicis mirum est quantum profecerit, quibus cum laude absolutis, cathedram ascendit, et suos confratres ut magister edocuit. Per triginta circiter annos, et in diversis Italiae civitatibus, et oppidis verbum Dei cum plausu et populorum profectu disseminare non destitit, et praecipue Pedemontii et Longobardiae Episcopis charissimus fuit. In sua provincia prioris et definitoris provincialis officia cum sedulitate et prudentia exercuit. Zelo animarum accensus, laboribus et curis non parcebat, ita ut suae valetudini non consulens non adhuc in aetate provecta viribus fractis Taurini occumberet 17 januarii 1876. Mortem eius plurimae Italiae religiosae ephemerides narraverunt, et mœstissime condoluerunt. Multa manuscripta reliquit, quae praelo digna, praesertim a Sacerdotibus verbum Dei evangelizantibus ut typis mandentur desiderantur. — Extant:

1. *Conciones Quadragesimales.*

2. *Sermones pro Mense Mariano.*

3. *Exercitia Spiritualia pro saecularibus et monialibus.*

4. *Multae Orationes Panegyricae in honorem D. N. J. C., B. Mariae V. et aliorum Sanctorum.*

Prodierunt solummodo:

Exercitia Spiritualia pro Sacerdotibus et Clericis.

(6) Gregorius a S. Salome

Segobiae in Hispania natus die 8 septembris 1816. Ab ipsa pueritia ingenii non parvi specimen dedit. Aetatis suae anno 15 ingressus est ordinem nostrum in novitiatu Vallisoletani, et ibi sacra vota emisit. In collegio Abulensi philosophiae et theologiae vacavit cum fructu. Ejectis a claustris religiosis anno 1835 remansit in saeculo orationi et studio addictus, sacramenta et verbum Dei administrans pro animarum salute. In omnium veneratione erat, et opere et consilio multos adiuvabat. Per annos triginta domum natalitiam S. M. N. Theresiae, eiusque ecclesiam piis operibus administravit, usque ad ultimam Ordinis restaurationem in Hispania, in qua et domum et seipsum superioribus nostris resignavit.

Vir praeclari ingenii, sed humilitate dives noluit unquam

praelo dare scripta, quae multa habebat, sed Ordini nostro plurimum juvit dum praelaturas et officia gerebat. Quamvis multa opera typis dignissima haberet, attamen Superiorum jussu solummodo prodire in lucem permisit Matriti anno 1882:

Vitam compendiosam S. M. N. Theresiae a Iesu Reformatricis Carmeli etc. Idiomate hispano.

(7) Gregorius Maria a S. Ioseph Belga

1801 ortum habuit Rooborst dioeceseos Gandavensis in Belgio, et sortitus est nomen Leonis Buyssae. Professionem emisit in Ordine nostro 16 novembris 1842. In saeculo Parochi munus habuit in Strippea Dioecesis Gandensis, et apud nos lectoris theologiae, definitoris provincialis et definitoris generalis munia obivit. A praeposito generali insuper constitutus fuit visitator nostrorum conventuum in Bavaria, Austria et Hollandia. Vir summae doctrinae in magna aestimatione habitus est apud nos, et apud viros doctissimos suae Regionis. Extremum diem clausit Cortraci in Belgio anno 1866 18 augusti.

Multum adiuvit Bollandistas in scribendis *Actis S. M. N. Theresiae* editis Bruxellis.

Edidit:

1. *Regula et Constitutiones Monialium Excalceatorum Ord. B. M. V. de Monte Carmelo* cum *Prologo historico in constitutiones earumdem monialium.*

Brugis e praelo Van de Casteele Werbrouck 1855.

R. Pater in monito haec habet: Ad evulgandam hanc constitutionum editionem, inspecta fuerunt et collata sequentia documenta: 1. Bulla Sixti Papae V data 5 junii 1590, quae incipit *Salvatoris*, et reperitur in bullario Mainardi anno 1720 Romae edito, Tom. V. p. 1, Constit. CLXXIV pag. 130.

2. *Praefatae Bullae Transumptum autenticatum*, quod hodie sub N. 7398 osservatur Bruxellis inter manuscripta Bibliothecae Regiae. Pertinebat olim ad archivium provinciale Carm. Excalc.

In textu Bullarii Romani nonnulli errores et defectus irrepserunt, qui post diligentem cum praefato transumpto collationem emendati et correpti sunt.

3. *Bulla Quoniam non ignoramus Gregorii XIV*

data 25 aprilis anno 1591, quae reperitur in Bullario Carmelitano p. III. Constit. 1. pag. 238, eam quoque exhibent *Privilegia FF. Discalc.* edita Romae 1617 ex typographia Camerae Apostolicae.

4. *Constitutiones Monialium Discalceatarum* lingua hispanica editae anno 1582 Salmanticae, et anno 1588 Matriti; hae praesertim in quibusdam quoad punctationem auxilio fuerunt.

5. *Constitutiones Monialium Excalc.*, quae sunt sub iurisdictione FF. Discalceatorum Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo, Congr. S. Eliae; hae constitutiones fuerunt approbatae, et confirmatae ab Urbano Papa VIII. anno 1630, lingua italica typis editae Romae 1630, et Venetiis anno 1676. Ex his desumpta sunt quaecumque praefatus Pontifex addenda aut mutanda decreverat.

Ex notitia habita a superioribus provinciae Belgicae.

---

(1) Henricus a Visitatione B. Mariae V. Bavarus

In oppido Nymphenburgii in Bavaria natus est anno 1775, et vocabatur Kugelmüllez. Usque dum religiosi in claustris suis pacifice morari potuerunt hic religiosus optime vixit in observantia regulari, sed cum ineunte hoc aerumnoso saeculo regulares a suis conventibus ejecti fuerint, ipse tristitia tabescens, destructionem et ruinam suae provinciae deplorans, se totum dedit virtutibus colendis in habitu ecclesiastico, et scripsit sequens opusculum:

Brevis relatio vitae Ill.mi D.ni Innocentii a Praesentatione B. Mariae V. Ordinis Nostris, Episcopi Aureliopolitani, et Vicarii Apostolici Magni Mogoris; cum cathalogo omnium praesulum, qui e Carmelitarum Excalc. Ordine hucusque assumpti fuerant, et praeter unum Cardinalem Eminentissimum Guadagni, et Archiepiscopos novem, enumerat trigintasex Episcopos, quorum omnium compendium texuit vitae. Prodiit primo lingua latina conscriptum Augustae Vindelicorum 1796, iterum postea Ausburgi 1814 imprimebatur idiomate germanico vulgatum.

Extremum solvit naturae tributum Straubingae 1827.

(2) Henricus M. a Ss. Sacramento Genuensis

In saeculo dictus Michael-Angelus Schiappacasse ortus est in civitate S. Romuli in occidentali ora Liguriae anno 1819 octavo decembris, et habitum nostrum induit Lodani 1839, ibique absoluto tyrocinio vota sacro emisit. Emenso studiorum curriculo lectoris theologiae, magistri novitiorum, definitoris provincialis, et ejusdem conventus Lodani prioris pluries exercuit officia.

Plura conscripsit opuscula, de quibus nonnulla praelo commisit, et alia adhuc manuscripta conservat.

1. *La vita del Padre Giuseppe Teresa di Gesù Carmelitano scalzo di Loano (della Famiglia Chiozza).* 1 Vol. Oneliae.

2. *La Divozione illustrata del S. Scapulare di Maria SS. del Monte Carmelo.*

1 Edit. Oneliae 1864.

3. *Compendio della Vita della B. Maria degli Angeli Carmelitana Scalza.*

Oneliae (suppresso nomine Auctoris).

4. *Raccolta di sonetti e poesie.*

1 Vol. Oneliae 1875.

5. *La Divozione illustrata come sopra.* — Auctum ac correctum in hac secunda editione. — Huic editioni praefigitur compendium historicum N. Ordinis, et in fine adjunguntur cantica poetica, et versus sacri et morales italico idiomate.

1 Vol. Oneliae 1876.

6. *Serto poetico nella fausta circostanza del Giubileo episcopale di S. S. Pio IX.*

Genuae 1877 (Dicat. Emin. C. Alimonda).

7. *Orazione funebre in morte dell'Ill.mo e Rev.mo Mons. Carlo Giacinto Vic. Apost. nelle N. Missioni.*

Oneliae 1865.

8. *La spiegazione della Regola del 3.° Ordine dei Carmelitani.*

1.° Typis edita Senis in Thuscia sub Anonymo. Ibidem prodiit 2.° editio aucta, et compendio historico N. Ordinis ornata. — Hoc anno 1883 tertio ibidem edita apparet, auctoritate definitorii N. generalis, cum Regula N. tertii Ordinis ab eodem definitorio approbata et correcta cum explicationibus, et commentariis ejusdem auctoris.

9. *Storia dell'Ordine primitivo del Monte Carmelo fino a S. Teresa.* Sub anonymo plurimis articulis lucem vidit in Ephemeride religiosa Senarum in Thuscia. *La Stella del Carmelo.*

10. *Alcuni articoli tanto in prosa che in poesia stampati sotto anonimo in periodici religiosi.*

11. *Una vita di S. Teresa.* De qua jam multa capitula edita sunt in eadem Ephemeride religiosa Senarum.

12. *Cenni storici e memorie della Città di Loano.* 1 Vol. in 4.

Genuae a Typographia Iuventutis 1879.

13. *Tractatus breves de aliquibus virtutibus S. M. N. Theresiae.* Inserti in supradicta Ephemeride *La Stella del Carmelo.*

14. *Avvertimenti al giovane poeta Italiano.* Opusculum versibus italicis conscriptum.

Prodiit Genuae ex typographia Iuventutis 1882.

15. *Orazione funebre per le esequie del fratello germano Mons. Raffaele della SS.ma Concezione Vescovo di Bagnorea Carmelitano Scalzo* recitata in Genova e in Loano.

Edita Savonae typis Andreae Ricci.

Multa alia habet manuscripta.

Huic religioso nostro in animum venit jam multis abhinc annis ab alienis manibus eripere, et religioni servare praetiosum manuscriptum R. P. F. Bartholomaei a S. Angelo, quod inscribitur *Collectio Scriptorum Carmelitarum Excalceatorum utriusque Congregationis et Sexus,* de quo nullum aliud in tota Congregatione exemplar extabat, et facile amitti aut perire poterat. Ipse etiam P. Henricus multorum precibus et consiliis victus, collegit undequaque ab aliis provinciis notitias et documenta aliorum nostrorum scriptorum, ut locupletius et absolutius volumen ad nostra usque tempora protractum cum hoc supplemento typis committi posset, et sic toti religioni non modicum emolumentum ferret. Et nunc, Deo favente, adimplet quod erat in votis.

(3) Hieronimus a S. Ioanne Baptista Belga

Sub nomine Ioannis Baptistae Cremens ortum habuit Gandavi 3 januarii 1645. Lovanii in nostro coenobio vota solemnia nuncupavit 1667 ; postquam officiis supprioris prioris et definitoris provincialis pluries in vita sua functus fuisset, ex hac terra migravit in coelo victurus Gandavi 29 maii 1723, aet. 79, prof. 57.

In bibliotheca Bruxellensi, vulgo *Curgundica* inter manuscripta sub n. 16827, asservatur opus quoddam ab ipso latine compositum, cui titulus*: Apologia Familiae Stratensis (Van der Straeten),* quo praeclaram familiam hanc ab occisione Beati Caroli Boni, Flandriae Comitis, ei a vulgo attributa

omnino liberat. Lucem vidit post mortem auctoris sub sequenti inscriptione :

Apologia familiae Stratensis circa accusationem mortis violentae illatae Carolo Bono, Flandriae Comiti, Brugis anno 1127. Auctore Hieronymo e S. Ioanne Baptista Carmelita Excalceato Brugensi, (legatur *Gandensi*) *1775 in 4. pp. 47* absque designatione loci impressionis.

Hieronymum nostrum regulas criticae apprime caluisse, ex eo liquet quod fere plus, suo aevo veritatem circa praetensam labem familiae Stratensi inflictam, adstruere voluit; ideo *Apologiam ejus* magni faciunt eruditi.

Non erit abs re hic per transennam notare SS. D.mum Leonem XIII die 9 decembris 1882 cultum praefati Caroli Boni approbasse, Beatumque martyrem in patronum secundarium dioecesi Brugensi concessisse.

Sic ad verbum R. P. Thomas-Michael saepius laudatus.

(4) Hieronymus ab Immaculata Conceptione I. Genuensis

Petrus Badanus in saeculo vocabatur, et filius erat Iacobi Badani , et ortum habuerat Saxelli in dioecesi Aquensi anno 1773 23 januarii. Aetatis decimoseptimo solemnia vota noncupavit in conventu S. Annae provinciae N. Januensis anno 1790. Ingenio felicissimo a natura praeditus, in omnes ferme scientias admirabilem profectum fecit, sed praesertim in physica, mathematicis et algebra omne tulit punctum, et perfectissimus evasit. Adhuc in primo juventutis flore (ann. 24) delectus est ad eas scientias edocendas in collegio militari Genuensi, et tantam spem omnibus de seipso excitabat, ut charissimus haberetur gubernio Reipublicae Genuensis primum, deinde Imperatori Napoleoni I, et ultimo Regi Sardiniae, cui Ditio Januensis 1815 tradita fuerat. Per triginta et amplius annos in Universitate Genuensi, cujus majus clariusque luminare erat, velut professor lectiones doctissimas dedit, et saepe saepius etiam praesidis ipsius Universitatis titulo decorabatur. Anno 1810 ab Imperatore Napoleone designatus est professor astronomiae et nauticae, anno sequenti in sociorum numerum Accademiae imperialis adscriptus, et Praeses primae classis,

quae *Scientiarum* dicebatur, delectus est; anno 13 hujus saeculi subtitutus fuit clarissimo *Vincent* in munere secretarii facultatis scientificae, eodemque anno ab Accademia *Scientiarum litterarum et artium* deputatus fuit cum celeberrimis sociis Mongiardini et Viviani, ad seligendas *memorias Genuensis Universitatis*, committendas praelo. Intensissime studiis suis vacabat, et quod mirum est sine libris et deambulando saepissime mentem suam sic acuebat in questionibus difficillimis mathematices, ut quasi abstrahebatur a sensibus, et res exteriores eum haud amplius commovebant. Tam subtiliter, tamque profunde mathematicis scientiis vacabat, et tanta constantia, et tali mentis acuitate abstrusa scientiae penetralia perlustrabat, ut nonnullas adhuc ignotas veritates dignosceret, et discipulis suis et aliis scientiarum cultoribus patefaceret. Multi ex primis et illustrioribus totius Europae mathematicis et physicis, velut Francoeur, Poisson, Cauchy et alii suis disquisitionibus et inventionibus ditati sunt; Hi omnes plurimi eum facientes, quin tamen gloriam darent juxta meritum, fortasse quia humilis sacerdos Catholicus erat, et quia rudi tunica religiosa indutus erat. Inter omnia difficilia scientiae suae problemata, quae mentem et animum fortius P. Hierorymi occupabant, erat *resolutio generalis aequationum algebricarum*, quod problema multoties et a plurimis tentatum fuit, et insuper suspicatum impossibile a clarissimo La Grangia, judicatum ut insolubile a Ruffinio, et a celebri William Howam Hamilton Dublinensi astronomo.

Titulo modestissimo anno 1840 Genuae typis commisit *Memoriam*, quae inscribebatur: *Novae disquisitiones super resolutione generali algebricarum aequationum* cujus operis supradictus Hamilton coram Accademia Regia Irlandica elogium valde honorificum dedit. Sed suis illis disquisitionibus voluit postea adhuc adijcere, et aliud opusculum composuit, quod in 8. Congressu scientiarum Cultorum Genuae habito cum laude disseruit, approbantibus cunctis, et mirantibus super operis difficultate et ausu quasi temerario auctoris. Vertente autunno 1847, dum viribus resumptis ex sua consueta vacationum requie, qua in solitudine conventus Voraginis uti consueverat, Genuam repetebat, suo praedilecto problemati extremam

manum appositurum, certus, ut dicebat, se non solum solutionem illam evidenter obtinuisse, sed etiam faciliorem illius demostrationem reperisse. Et re quidem vera quamquam veribus destitutus, et incipiente aegritudine, quae illum citissime consumpsit, suggessit tamen amanuensi finalem suam et plenam problematis demonstrationem, quae ab amatoribus auctoris et scientiarum frustra per annos desiderata fuit. Iste vir omni ex parte laudandus, qui facile superavit aetatis suae celebriores geometriae, meccanices, et matematices cultores, cujus fama praecipuas Europae Universitates penetrarat, qui multorum virorum scientia, conditione, dignitate insignium consuetudine et amicitia gaudebat, attamen comitate, affabilitate et humilitate, ita insigniter fulgebat, ut omnium sibi attraheret confidentiam, et corda aliorum sibi devinciret amore.

Nihil omnino remansit de admirabilibus et cedro dignis lectionibus suis, nihil de novis disquisitionibus, aut inventionibus, quas suis explanabat discipulis, non ullum argumentum aut monumentum sui praestantissimi ingenii praeter jam dicta, sed in memoria Genuensium nomen suum et fama non sic facilius oblivioni dabuntur.

In aula Universitatis Ianuensis effigies raepresentans eum sub nomine *Hieronymi Badano* a professoribus et discipulis erecta est, et aliam quoque imaginem ex marmore sculptam Genuenses apposuerunt super murum novi palatii in platea S. Laurentii contra Ecclesiam ipsam. Ibi inter alios insignes Viros, ipse toga magistratus induitur.

Quamvis continuo in suis studiis, et lectionibus dandis occupatus, attamen fere omnia officia religionis administravit.

Definitoris provincialis, provincialis, visitatoris generalis, definitoris generalis, et tandem praepositi munia obivit: et maxima cum laude ea semper complevit. Omnibus charus, omnes affectu paterno fovebat, et quamquam cum omnibus familiariter versaretur, praesertim cum juvenibus confidenter verba faciebat, et saepe saepius puerilibus sermonibus eorum se humiliter immiscebat.

Infirma ferme semper valetudine, cum exacta vivendi regula vitam suam protrahxit, et quamvis studiis et laboribus

fractus, paucis tamen vicibus et raro intermittebat lectiones, et munus docendi interrumpebat.

Ut jam diximus sub fine anni 1847 corporis vires infirmarunt, et morbus invaluit, ita ut augente in dies periculo, sacramentis rite susceptis, inter omnium lacrymas, animam exhalavit 10 decembris anno 1847.

Super ejus cadaver deposita fuit Crux equestris SS.[m] Mauritii et Lazari, quam pro meritis et virtutibus ei viventi remiserat illis diebus Munificentissimus Rex Sabaudiae Carolus Albertus.

Edidit Genuae apud Ponthenier anno 1840.

1. *Nuove ricerche sulla rivoluzione generale delle Equazioni Algebriche* — Cui adjunxit auctor — *Appendice all'opuscolo Nuove ricerche* etc.

2. Anno praeterito 1882. Clarissimus professor, et P. Hieronymi discipulus Ioan. Bapt. Marzano edidit reverentiae et gratitudinis ergo Novariae typis opusculum hoc titulo: *Dimostrazione del paralellogramma delle Forze* quam asserit esse P. Hieronymi.

V. Suppl. Gazzetta di Genova 8 gennaio 1848.

(5) Hieronymus M. ab Immaculata Conceptione II.

Genuae progenitus in aqua baptismatis nomen Antonii Gotti sortitus est. Transacta pueritia litteras amaeniores didicit sub Magisterio Iesuitarum, et apud ipsos in illis multum et cum laude profecit. Habitum nostrum induit Lodani anno 1850 et anno sequenti vota solemnia emisit assumpto nomine Hieronymi M. ab Immaculata Conceptione, ut memoriae revocaretur nomen praeteriti P. Hieronymi insignis mathematici Genuensis, et N. prepositi generalis de quo supra, quem iste juvenis probe Genuae cognoverat. Philosophiae cursu in religione emerso, electus est praelector illius scientiae pro suis confratribus. — Sacerdotio initiatus anno 1869 a praeposito generali accersitus Romam adiit, ut esset auxilio ipsi praeposito in Concilio Vaticano. Deinde electus est ad procuratoris generalis partes implendas, et per multos annos munere illo optime functus est. Anno vero 1881 ad Clavum totius Congregationis assumptus est, et hodiedum ut praepositus generalis Ordinem nostrum gubernat.

Edidit :

1. *Poeticum canticum ad celebrandam memoriam restitutionis Conventus N. Concesiae. ejusque fundatoris.*

2. *Compendium vitae S. Patris N. Ioannis a Cruce,* tacito nomine auctoris, et *typis Carceris militaris Savonae.*

(6) Honorius a Ss. Sacramento Genuensis

Anno 1640 ex Ant. Maria Cervini, et Benedicta Scaniglia Genuae ortum habuit, et vocatus est Petrus Ioseph, qui vota emisit Romae in conventu S. Mariae de Scala die 14 octobris anno 1660.

Adhuc adolescens in saeculo bonis litteris, ac scientificis disciplinis eruditus jam fuerat laurea doctorali in utroque jure donatus, et in Religione Sacris et theologicis scientiis apprime imbutus eas cum titulo magistri in diversis locis confratribus suis sapientissime communicavit. Florentiae, Genuae, Romae, multos discipulos habuit, qui in posterum primas Religionis dignitates obtinuerunt. In omni scientiarum genere versatissimus, artium liberalium quoque idest Oratoriae, poesis, historiae, hermeneuticae peritiam habebat, de quibus cum doctis saepius verba faciebat, et libros componebat. Tantae doctrinae, et amplissimae eruditioni mirabiliter conjungebat perfectionis et sanctitatis amorem, ut religiosis omnibus esset vivum exemplar obedientiae, humilitatis, poenitentiae et regularis observantiae.

Electus est a Serenissima Republica Genuensi ad munus sui theologi et consultoris, quod officium pari cum solertia et satisfactione communi per sex et viginti annos cumulatissime exercuit. Ad ejusdem Reipublicae commodum et emolumentum plura edidit documenta et scripta suae scientiae legalis et Canonicae, quae tomos quatuor et quinque facile conficere possent, et quae prostant in publico archivio Genuensi.

Per duplex triennium provincialis munus egit, promovens in Iuvenibus pietatem et studium, in patribus exemplum bonorum operum, in exteris Ordinis nostri extimationem et honorem. Diem supremum clausit octuagenario major in conventu S. Caroli Genuae anno 1720 16 augusti, postquam omnibus Ecclesiae Sacramentis rite munitus fuerat.

(7) Honorius a S. Theresia

Ab honestis parentibus natus est Genuae anno 1770, et nomen accepit Dominici M.ae Remondini. Adolescens studiis bonarum artium totis viribus incubuit, et coetaneos suos facile, longeque superavit. Nostris cooptatus in provincia Genuensi, et solemnium votorum vinculis obstrictus anno 1787, maxima cum laude et profectu philosophicis aeque ac theologicis disciplinis strenuam operam dedit, ita ut non post multum temporis confratribus suis junioribus eas oretenus et a suggestu tradere potuerit. Vir admirabilis ingenii, et regularis disciplinae amantissimus ab exteris et a suis magnam sui extimationem obtinuit, quapropter Genuae et potissimum Romae apud multos in honore habebatur, qui eum in difficilimis quaestionibus consulebant, et suis decisionibus aquiescebant. In Ordine nostro prima dignitatum subsellia occupavit, et etiam supremum generalatus munus optimo exitu administravit. Zelo observantiae legum, ac austeritatum Religionis accensus, undique regulae ac Constitutionum rigorem promovebat, et seipsum praebens exemplum bonorum operum, nihil exigebat in aliis, quod ipse prius non praestaret in seipso.

Scripsit aliquot opuscula quae inedita manserunt, praelo etiam mandavit nonnullas dissertationes contra neotericos Ecclesiae hostes, quos stylo gravi et vehementi confutabat. Quae scripta tam edita quam inedita in arculis Bibliothecae conventus N. S. Annae Genuae a profanis manibus dispergenda manserunt. Plenus meritis, et virtutibus dives Romae huic saeculo lumina clausit anno 1837, ut apprehenderet in coelis optimam repositam partem.

(V. Cathalogum Praeposit. General. Prov. Jan.).

---

(1) Iacobus a Passione Romanus

Romae diem natalem habuit anno 1817 die 20 februarii, et ex aquis lustralibus Christophori Gozzi nomen accepit. Adolescens in provincia Romana habitum nostrum sumpsit, et votis solemnibus se obstrinxit anno 1832, 30ª die julii. Vir virtute praeditus, regularis observantiae, zelo praelucebat et Verbum Dei cum zelo disseminans ad populorum spiritualem profectum jugiter intendebat; Cleri Romani examinatoris Apostolici titulo gaudebat, et ad virtutum incrementum in populis scriptis et verbis se exercebat; anno 1880 Caprarolae meritis et operibus bonis repletus diem extremum obiit.

Scripsit, et edidit italico idiomate:

1. *Il mese santificato in onore di S. Giovanni della Croce in 30 lezioni morali. 1 Vol. in 4.*
Viterbii 1875.

2. *In Ephemeride Senensi sub titulo: Stella del Carmelo, articulos in laudem B. Virginis Mariae.*
Senis.
V. N. 11 anno 2. Stella del Carmelo 1875.

(2) Ildephonsus a S. Dominico Hispanus

Teruel in regno Aragoniae ortum habuit 16 junii 1836, professionem emisit 1878 simplicem primo, deinde solemnem 1881, qua occasione nomen assumpsit novum idest Gerardi a S. Corde Iesu.

In hispanicam linguam convertit opus latinum:

Vade-mecum — De los hermanos Novitios Descalzos de la Beatissima Virgen Maria del Monte Carmelo, opuscola hàbilmente compilado de la regla, costituciones, instruciones etc.
Prodiit anno 1879, 1 Vol. in 8. Bilbao.

(3) Ildephonsus a Praesentatione

Utrum sit nec ne religiosus iste idem ac praepositus generalis XLV provinciae Austriacae ejusdem pene nominis omnino me

latet. Quidquid sit verum tamen est, nostrum Carmelitam hoc eodem nomine vocatum, in Indiis Missionarii vitam gessisse, et, P. Paullino teste, Historiam Missionum scripsisse, et manuscriptam in Domo Generalitia Romae, extitisse. Hoc titulo opus gaudebat; nempe:

Annali delle Missioni Apostoliche del Malabar. — Compilati dall' anno 1632.

V. P. Paullinum a S. Barthol. in sua India Orientali de Vicariis Apostolicis Malabariae.

Scripsit etiam latino idiomate:

Grammaticam et Dictionarium pro lingua malabarica. Alia plura scripsit.

Obiit in Polonia anno 1789.

(4) Ioachim a S. Familia Dublinensis

Vocabatur in saeculo Eduardus Russell, et Dublini anno 1837 1. maii primam lucem vidit. — Vota sua Domino obtulit Ypris in Belgio anno 1857. Vivit adhuc, et Dublini modo prioris officium gerit.

Anglice typis evulgavit:

Descriptio novi specularis picturati, quod cernitur in Ecclesia S. Theresiae, via dicta de Clarendon Dublini. Dublini 1877 in 12. pag 52.

Speculare de quo agitur in hoc eleganti opusculo, exhibet, praeter Ordinis nostri stemma, decem Sanctos Carmelitanos, quorum vitam Auctor compendiose tradit.

(5) Ioanna Margarita a Misericordia Galla

Nata est Blesis (Blois) in Gallia, et ibidem habitum nostrum sumpsit. Prioratum gessit in Guingamps, Niorti, Engolismae et Nanneti, ubi tandem obiit aetate 81, professione 56 anno 1735 die 24 junii, magnum sui relinquens desiderium.

Scripsit gallice sequentia in utilitatem suarum monialium: Videlicet:

1. *Retraite annuelle de dix jours.*
2. *Visites au Très-Saint Sacrement.*
3. *Examens sur la Règle, et Constitutions, et sur divers obiects.*

4. *Explication des trois Cérémonies, du S. habit, de la Profession, et du Voile noir.*

5. *Règles de la Perfection, tirées d'un Saint Auteur.*

6. *Recueil de plusieurs maxime de Perfection.*

7. *Preparation à la mort.*

8. *Testament Spirituel.*

Quae omnia recognovit, correxit et in unum volumen redegit R. D. C.[**] Canonicus Ecclesiae Albigensis, cum epistola circulari de vita et morte ejusdem monialis, quam R. M. Elisabeth Agata a Iesu misit ad omnia monasteria N. Ordinis Galliae.

Ex relatione R. P. Thomae Michaelis et.

(6) Ioannes Baptista a S. Ioseph Neapolitanus

Concionator egregius, qui per multas civitates cum proximorum emolumento, et eloquentiae fama verbum Dei disseminavit. Sermones multos composuit, et e suggestu dixit, attamen nullum aliud volumen praelo commisit, quam hoc sequens, quod satis ostendit quanti valeret in exarandis orationibus panegyricis. Est autem:

Ragionamenti morali per una Novena di S. Teresa, per Ottavario de' morti e sul SS. Sacramento.
Napoli MDCCXCII.

(7) DD. Ioannes Baptista a S. Theresia Genuensis

Hujus praestantissimi Episcopi elogium videatur in Indico illustriorum Praesulum. Quod ad nos attinet, et quod oblivioni datum est a P. F. Bartholomeo collectore scriptorum nos addere debemus sequentia.

Scripsit lingua malabarica vulgari:

Synopsim de Sacramentis vel Examen pro Confessionibus audiendis.

Consule Biographiam in Indice Episcoporum.

(8) Ioannes a Cruce I. Germanus

Anno Domini 1740 in pago Preulbach dictionis Wirceburgensi, ad Rhaenam Eoo-Francus ortum habuit, et a lustratibus undis vocatus est Andreas Hreit *(idest Pugnas)*. Habitum nostrum

induit apud Germanos, ibique vota dixit. Linguarum Orientalium peritia apprime pollebat, sacrorumque dogmatum in publico Athenaeo Hidelburgensi praelector fuit, et bonarum artium cultores prosequebatur amore speciali. Plurimum hydropis morbo laboravit, tamen muneri suo docendi nunquam defuit, donec, ingravescente morbo, brevi temporis spatio lectiones suas interrumpere opus fuit, et ex hoc saeculo excedere. Nam quodam die dum Athenaeum peteret, ut suam lectionem diceret, adhuc in via publica apoplexiae morbo correptus cecidit, et paulo post solvere debuit naturae tributum, et mortuus est anno aetatis suae 59 et reparatae salutis 1799. Plura provinciae suae coenobia singillatum gubernavit, et etiam totam ipsam provinciam moderatus est. Multa ingenii sui monumenta reliquit, typisque commisit. — Videlicet :

1. *Synopsis historico-critica de ortu, progressu etc. atque usu hodierno linguae hebraicae ejusque subsidiis.*
Heidelbergae 1787-8.

2. *Libri Exodi harmonia critico-litteralis in locis obscuris.*
Heidelbergae 1787.

3. *Duae apologiae emissae in lucem annis 1791-1792* adversus Seniculum ex Gesuitam Alexandrum Kech Maneheimensis Seminarii directorem, qui illum accusaverat Hetherodoxiae.

In honorem hujus insignis viri legitur epithaphium, quod hic transcribitur :

VIATOR ET UMBRA.

Viator. — Quem scrobs ista legit, Monachi quam signat imago,
Cujus praecingunt laurea serta caput ?
Umbra. — Hic *Fanus* (1) requiesco, cui primordia lucis,
Et natale solum Francica Rhaena dedit.
Andraeas patrio diceb‹r nomine *Pugna* (2)
Fani post *Sancta* de *Cruce* nomen habens.
Nomina λαιvα tuli Carmeli sacra professus,
Et jussus studiis invigilare sacris.
Cum lingua solymae docui pie dogmata Christi
Mansurum in castris, Heideberga, tuis

(1) *Fanus* idest ac Ioannes.
(2) *Hreit* nomen familiae quod latine interpretatur *pugna*.

Donec in hac fossa Nicri tumularer arena
Qui perii hydropis pectora mersus aquis,
Nunc scis quis fuerim. Quod sum, te scito futurum
Serius aut citius. Vade. Memento mori.

IN OBITU
PROBITATE ET ERUDITIONE PRAESTANTIS
IOANNIS A CRUCE
CARMELITAE DISCALCEATI
EJUSDEM ORDINIS PROVINCIALIS
PROFESSORIS SACRARUM LITTERARUM PUBLICI HEIDELBERGAE
VETERIS AMICI HONORIFICA RECORDATIO.

Ergo repentiuo percussus sanguiuis ictu
Occubuit linguae Gloria magua sacrae!
Optimus interpres, qui multis ore deserto
Anuis explicuit dogmata sacra, silet!
Ut praedo sggreditur, jugulat, steruitque Ioannem
Dumque echolas repetit, mors truculenta necat.
Iucassum medicas bona dextera miscuit herbas,
Et frustra succos officiosa dedit.
Frustra vena fuit Bacchi conspersa liquore
Dedidicit pulsus reddere ut ante suos.
Lumina caligant, aeternis coeca teuebris,
Atque color, vita jam fugiente, fugit.
Vita caduca fugit. Quod restat inane cadaver,
Illatum tumulo, vermibus esca datur.
Iugenii sed opes, decus, et quod nascitur inde
Gloria, laus, virtus, non moritura, maneut.
Faue, tuas laudes (uon vanus praedico vates)
Sera enarrabit, posteritasque canet.
Selectusque tuo charus olim peudulus ore
Certatim tollet nomen ad astra tuum.
Nec ego multus ero, dicam, quia saepe juvabit
Fanus res nostras, officiosus erat.

Ita D. Eugelb Alüppel in Necrologio Amicorum Litteratorum 1809. Friburgi pag. 230.

(9) Ioannes a Cruce II. Belga

Natione Belga natus est Rumbeke dioeceseos Brugensis an. 1805, et ab aquis salutaribus Baptismi nomen habuit Iosephi Lodrior. Progressu aetatis convolavit ad nostros, et Deo se dicavit die 16 julii 1832.

Composuit idiomate flandrico opus, cui titulum dedit:

Schat Kamen van den heiligen Ioseph.

Latine vero:

Thesaurus S. Iosephi.

Gandavi annis 1857, 1862, 1873.

(10) Ioannes a Iesu Maria I. Austriacus

Carmelita Excalceatus ex N. provincia Austriaca S. Leopoldi, qui edidit:

Conciones super totius anni Dominicas.

Viennae Austriae 1729.

(11) Ioannes a Iesu Maria II. Belga

1678 Ortum habuit in Elrene suburbii Bruxellensis pago, atque illi nomen erat Laurentius Cocckaert. Vota dixit anno 1703 13 martii in Lovaniensi coenobio, et obiit Bruxellis apoplexia captus 26 februa. 1743.

Studiorum cursu absoluto per tres annos philosophiam perlegit, supprioratum Mecliniae gessit triennio sequenti. Postea missus Brugas, per octo et viginti annos ibidem sacro ministerio tanto zelo incubuit, ut omnibus omnia factus tam Divitum quam Plebeorum sibi corda devinxerit. Singulari pietate S. Iosephum colebat, et ejus confraternitatem in Ecclesia N. Brugensi erectam anno 1683, et tunc pene collapsam, pristino imo majori splendori restituit.

Flandrice scripsit:

S. Ioseph ut protector in vita et in morte cunctis Christifidelibus propositus.

Brugis 1720 in 16.

(12) Innocentius a S. Alberto Belga

In saeculo dictus Gaspar de Moor Furnensis solemnia vota religionis anno 1648 24 februarii Lovanii pronuntiaverat. Vir fuit magni Consilii, doctrina et prudentia excellens, atque in pertractandis negotiis mira dexteritate praeditus; definitoris in provincia Flandro-Belgica, prioris Lovanii, Antuerpiae, Dunkercae muneribus functus est. — Ad superos evolavit Gandae 25 januarii 1690, aet. 63 prof. 42.

Solitudini addictissimus, tamen duplici editioni Breviarii nostri accurate incubuit, et unam in 8., alteram in 12,

imprimi curavit; et insuper typis mandare Diurnale, et Costitutiones Ordinis voluit. Teste Necrologo Conventus Gandensis composuit etiam:

Librum de interiori homine — plurimis decoratum imaginibus ad faciliorem intelligentiam eorum quae in libro continentur. Utrum praelo datum sit hoc opus ignoramus.

Ex P. Thoma-Michaele in suis adnotationibus.

(13) Ioseph a Cruce Austriacus

Fuit provincialis nostrorum religiosorum in Germania. Mandavit imprimendum opus valde utile religiosis praelatis Coloniae Agrippinae, quod jam editum fuerat alibi, et est opus cui titulus: *Prior claustralis* compositum ab Adm. R. P. Ioanne a SS. Sacramento defin. gen. O. N. — Liber versatur super officio et dignitate prioris, ac Vicarii religiosi. — In hac editione adjunctum fuit opus aliud R. Petri ab Angelis *Iudex Regularis*, nunc primum latine redditum a P. Leone a Regibus Carmelita Germano.

(14) Ioseph Carolus a S. Catharina

Professus provinciae nostrae Germanicae, edidit Loblentz 1763 idiomate patrio:

Orationes pro diversis occasionibus.

(15) Ioseph-Dominicus a Iesu Maria Neapolitanus

Provinciae N. Neapolitanae alumnus anno 1773 edidit opus lingua italica, quod inscribitur:

Scuola di Perfezione alle Monache di S. Teresa di Gesù.

Opus ex doctrina S. M. N. Theresiae concinnatum, valdeque utile religiosis aeque ac monialibus cujuscumque Ordinis. — Anno 1856 iterum Neapoli recusum fuit cum adjunctis, et mendis aliquibus purgatum.

(16) Ioseph-Erasmus a Puero Iesu Siculus

Iste excalceatus Carmelita provinciae Siculae typis evulgavit opus in 4. inscriptum:

Veritas extumulata ad innocentiae propugnaculum,

Oratio apologetica pro Carmelitis Excalceatis provinciae S. Alberti Sicilia.

Ex P. Alexio Narbone in Bibliotheca Sicula Tom. II, pag. 344.

(17) Iulianus a S. Benigno Belga

In saeculo vocabatur Ioannes Baptista Michael van de Hinckele Cortraci natus 29 martii 1711, professus Lovanii 1729, et morte subitanea correptus Gandae 3 februarii 1785. Philosophus et theologus insignis per viginti et ultra annos philosoph. et theolog. nedum inter suos professus est, sed etiam apud Canonicos regulares S. Augustini Praemonstratenses magisterium gessit in celeberrimis Abbatiis Quercetarum Brugis, et S. Andraee prope Brugas.

Publici juris fecit idiomate flandrico:

1. *Epistolam cujusdam theologi ad quamdam Abbatissam, super praecipuis obbligationibus religiosorum.*
Brugis in 16. suppresso anno.

2. *Instructionem de tribus religiosorum votis in gratiam Sanctimonialium conscriptam.*
Brugis in 16.

3. *Consiliarius Superiorissarum.*
Brugis in 16. etiam suppresso anno editionis.

(18) Iulianus a S. Theresia Gallus

V. Supplementum artic. *Albertus a SS. Salvatore.*

(1) Laurentius M. a S. Clara Genuensis

Ex patre Ioanne Laurentio Rezoagli, et matre Clara Seporina Genuae natus est, et nomen sortitus est Iosephi Mariae. Anno decimoquinto aetatis suae habitum nostrum sumpsit, et anno sequenti se Deo per vota consecravit in conventu S. Mariae Sanitatis Genuae. Studiis totis animi corporisque viribus vacavit, in quibus summum consecutus est apicem. Quapropter post sua studia, ad docendum alios tam Genuae quam Romae in Seminario S. Pancratii promotus est. Animum applicuit praesertim juris civilis et ecclesiastici disciplinis, in quibus versatissimus evasit, ita ut ad eum tanquam ad oraculum non modo indigenae, sed exteri etiam et longinqui conveniebant, nec solum Ecclesiasticae personae, sed etiam Magnates, et Principes saeculares. Regulari observantiae addictissimus, erat etiam omnium religiosarum virtutum cultor assiduus, et dum superioris munus obibat, factus forma grecis, verbo et opere ad perfectionem alios excitabat. Romae definitoris, et procuratoris officia cum laude gessit, et in N. Genuensi provincia, cujus filius erat, definitoris, aeque ac provincialis munus exercuit. Mortuus est in oppido Riparoli in Purcifera prope Genuam, ubi causa salutis convenerat, et ubi lethali morbo correptus est, ut non amplius redire Genuam potuerit. Obiit anno 1796, mense augusti.

Dum Romae morabatur multos Ecclesiastici Ordinis Principes, ac illustres viros inter suos enumerabat amicos, inter quos praesertim Excellentissimum Dominum Wenceslaum Sierakowski Episcopum Presmiliensem, cujus fuit theologus, et in cujus favoris et amicitiae signum opusculum typis mandavit, suppresso nomine Auctoris, cui titulum proposuit, videlicet:

De exercitio actuum Episcopalis muneris propriorum ante Pallii receptionem Archiepiscopo denegato. — Exercitatio Theologico-Canonica. Ignotus est locus editionis.

Hanc opellam exaratam fuisse a P. Laurentio M.a habuimus a nostris Genuensis provinciae majoribus, qui cum illo

vixerant, et in uno opusculi exemplari nomen Auctoris manuscriptum reliquerunt.

Ex Necrologio Conventus S. Caroli Genuae.

(2) Leander a SS. Sacramento

Hujus religiosi extat. — *Summa elaborata Omnium Operum. — Edita Lugduni 1672, 1 Vol. in fol.*

Dubitatur si iste religiosus sit Ordinis nostri, aut alterius.

(3) Leonardus a S. Ioseph Genuensis

Lodani natus est anno 1821 24 maii ex honestis parentibus Iosepho Valerga et Hiacynta Ferrando conjugibus. Is a pueritia ingenio et ad studia aptissimus apparuit. Litteris amaenioribus Romae operam dedit. Anno aetatis suae 16 in nostro novitiatu Lodanensi N. habitum sumpsit, et studiis vacavit philosophicis ac theologicis in S. Annae conventu Genuae et postea Lodani. In his disciplinis apprime versatus, eas etiam confratres docuit. Syriam utpote Missionarius lustravit, in Monte Carmelo habitavit, et praefecti Missionum Syriacarum onus portavit. Suo etiam fratri Rev.mo Patriarchae latino Hierosolimitano plurimum adjuvit, philosophicas ac theologicas scientias docens clericis Seminarii Patriarchatus.

Plura idiomata facile didicit, et alios docere potuit, potissimum linguam Arabicam, Graecam, Haebraicam, in quibus perfectius versatus erat. Ut S. Congregationi de Propaganda Fide linguarum peritia prodesset, Romam accersitus, facile famam et honorem sibi et Ordini nostro aquisivisset, si infirmitate et aeris inclementia a studiis cessare non debuisset. Ut theologus in Synodo Vaticana pro negotiis orientalibus laboravit. Non post multum temporis causa infirmae valetudinis ex facultate Pontificia habitum religiosum ad tempus dimisit; et Bibliothecae Florentinae prius, postea Taurinensi addictus fuit; adhuc in humanis agit sed extra Ordinem aliis prodest.

Edidit Genuae italice:

1. *Del Tradizionalismo e del Semi-razionalismo. 1 Vol. in 8. 1861.*

2. *Alcuni opuscoli sopra diverse materie.*

Saepe etiam pro doctrina S. Thomae, et ad ejus defensionem articulos praelo mandat in Ephemeridibus Religiosis *Unità Cattolica* et *Scuola Cattolica.*

(4) Leonardus a S. Martino Belga

In aquis baptismalibus vocabatur Franciscus Martinus du Mulié natus Cortraci die 25 octobris 1716, professionem emisit Lovanii 23 octobris 1735. Per viginti et unum annos non continuos summa cum laude S. Scripturam docuit. In religione munia implevit prioris, definitoris provincialis, vicarii provinciae et etiam provincialis. Obiit Gandae die 8 martii 1796, aetatis suae 80, profess. 61, et sacerdotii 57. Sacrarum Scripturarum lectioni et expositioni perpetuo incubuit, nec in provecta etiam aetate illi studio pepercit. Opus viris eruditis dignum, interpretibus sacrorum librorum, et Verbi Dei praeconibus valde utile edidit: Videlicet.

1. *Examina scripturistica sensum litteralem complectentia.* Omnibus in universum, et praesertim Verbi Dei Praeconibus ac sacerdotibus maxime utilia et necessaria *Thomis XI in 12.*

Latine edidit Gandavi apud Petrum de Goesim.

Thomus I. idest. Examina Scripturistica proemialia in S. Sripturam. — Prodiit anno 1765.

Thomus II. Examina Scripturistica in Genesim. — Prodiit anno 1765.

Thomus III. Examina Scripturistica in Exodum, Leviticum, Numeros, Deutermomium. — Prodiit anno 1766.

Thomus IV. Examina Scripturistica in Iosuae, Iudicum, Ruth, et 4 libros Regum, in 2 Paralipomenon. — 1767.

Thomus V. In libros Esdrae, Tobiae, Iudith, Esther et Iob. — 1768.

Thomus VI. In Psalterium davidicum 150 Psalmorum. — 1769.

Thomus VII. In quinque libros Salomonis. — 1770.

Thomus VIII. In Prophetas Majores. — 1771.

Thomus IX. In duodecim Prophetas minores et duos libros Machabaeorum anno 1772.

Thomus X. In quatuor Evangelia et Actus Apostolorum. — 1764.

Thomus XI. In quatuordecim Epistolas Paulinas, ac septem Canonicas, et Apocalypsim. — 1764.

Aliud opus scripturisticum latine exaratum edidit Gandavi iisdem typis Petri de Goesim — cui titulus:

2. *Summa Scripturistica tripartita* quaestionibus et responsionibus deducta. *Thomis 4 in 12.*

Pars 1ª complectitur *Synopsim totius S. Scripturae.* — Pars prima secundae partis continet *omnes difficultates totius veteris Testamenti, cum eurum explicatione.* — Pars secunda secundae continet *omnes difficultates Novi Testamenti cum earum explanatione.* — Pars tertia habet *apparentes antilogias cum earum resolutione,* quibus apponitur supplementum continens *totam sacram Chronologiam a Mundo condito usque ad mortem S. Ioannis Evangel.*

Haec volumina prodierunt annis 1774-1775-1776.

3. Scripsit flandrice: *Tractatum de Charitate erga Deum et proximum.*

Prodiit Gandavi 1788 in 18.

4. Item flandrice: *Tractatum de Fide et Spe.*

Gandavi 1790 in 18.

5. Item flandrice: *Historiam Gandavensem Ioannis-Livini Roothaensis Parochi in Belcele* — ampliatam et notis ditatam.

Gandavi T. 2 in 8. 1781.

6. *Anno 1780 Gandavi typis Viduae J. Somers* fecit novam editionem ampliorem et emendatiorem operis supra dicti *Examina Scripturistica.*

(5) Leopoldus a S. M. Magdalena de Pazzis Italus

Cujus provinciae italicae filius et alumnus hic Religiosus sit penitus ignoramus, et ea omnia quae eum respiciunt etiam nescimus. Ex titulo opusculi editi, quod forte in aliqua Bibliotheca vidimus et legimus, satis compertum habemus ipsum vixisse circa finem saeculi praeteriti, et fuisse socium alicujus litterariae Accademiae, et valde peritum in scientia scripturali et poesi. Opus aliud typis edidisse quam opusculum de quo infra omnino nos latet, quamvis videatur impossibile, quia in

ipso libello magni nominis umbra apparet, et se ostendit quasi lucernam sub modio, quae multum lucere potuisset. Ecce titulus opusculi editi Senis in Thuscia anno 1794.

La Cantica di Salomone parafrasata in versi italiani; cui accedit — *La preghiera di Geremia.*

Haec versio, et paraphrasis fulcitur adnotationibus doctis et piis Sanctorum Patrum, et commentatorum S. Scripturae.

Ista paraphrasis Cantici Canticorum praecedit tempore illam, quam in lucem dedit Noster Evasius Leone quae plurimi a doctis extimatur.

(6) Lucas a S. Gerardo Germanus

Hic fuit provincialis N. provinciae SS. Sacramenti Germaniae· *Praelo dedit anno 1708 Monachii* opus quod inscribitur:

Manipulus fasciculorum spiritualium selectissimorum ex divino Agro S. Scripturae, olim a P. Hieronymo a S. Hyacintho def. prov. Poloniae, et concionatore Cathedralis Cracoviensis compositum. Quod opus ex latino idiomate translatum est in Germanicam linguam a quodam N. Religioso provinciae Bavaricae, typisque mandatum. — Monachii anno 1768

(7) Lucas a S. Theresia Austriacus

Anno 1817 in Recnerž dioecesis Pragensis in Bohemia ortum duxerat, et ingressus in Religionem vota solemnia nuncupavit 1856 die festo S. M. Theresiae, idest 15 octobris; a definitorio nostro generali electus fuit anno 1882 in primum definitorem renascentis provinciae Austriacae. Adhuc in humanis agit, et nonnulla opuscula praelo commisit, quorum titulus est ut sequitur:

1. *Sponsa Crucifixi: B. Maria ab Angelis Carmelitissa. Pars 1.a pag. 388 — Pars 2.a pag. 252* in idiomate patrio seu germanico. — Viennae.

2. *Vita V. Sororis Margarithae a Corde Iesu Carmelitissae pag. 247.* — Viennae-Germanice.

3. *Instructio Novitiorum Ven. P. F. Ioannis a Iesu Maria Praep. Gen.* — Opus conversum in linguam germanicam pag. 458. — Graecii.

(1) Macarius a S. Elia Austriacus

Hic Carmelita Excalceatus fuit alumnus nostrae provinciae Austriacae sub nomine S. Leopoldi.

Edidit sequentia *typis Graecii (Gratz)*:

1. *Introductio ad Historiam litterariam theologiae.* in 8. Graecii.
2. *Institutiones Pathologiae* — *1783, 1785.*

(2) D.D. Marcellinus a S. Theresia Genuensis

Hujus antistitis memoriam in Cathalogo Illustriorum praesulum Ordinis N., Deo favente, faciemus, hic tantum compendiose colligimus ejus scripta quae typis commisit.

Edidit igitur *Verapoli in nostra Typographia*:

1. *Dictionarium latino-malabaricum* et viceversa.
2. *Grammatica latino-malabarica.*
3. *Opera ascetica S. Alphonsi de Ligorio,* translata in malabaricum.
4. *Compendium Historiae Malabaricae.*

Alia quoque opuscula minoris molis.

Accedunt alia multa quae scribere debet ad munia Missionarii, et coadiutoris Vicarii Apostolici DD. Leonardi in Missione Verapolitana adimplenda.

(3) Margharita a S. Dionysio Galla

Vertit ab hispano in gallicum idioma *Litteras S. M. N. Theresiae*, cum aliquibus observationibus et adnotationibus theologicis, historicis et criticis.

Prodiit Parisiis 1745.

(4) B. Maria ab Angelis Pedemontana

Appellabatur in saeculo Marianna Fontanella ex parentibus aeque nobilibus Ioanne Donato Fontanella de Baldissero, et Maria Tana De-Santena, et ortum habuerat Augustae Taurinorum 1661. Ex parte Matris in tertio gradu erat consanguinea S. Aloysii Gonzagae. Ab incunabulis futurae sanctitatis

indicium praebuit. Ad nostrarum monialium S. Christinae asceterium convolavit, ibique post tyrocinium, solemniter Domino se devovit anno 1677. In dies virtutibus proficiebat, et sanctitatis iter sedulo terens, brevi sodalium suarum exemplar evasit. Divinis charismatibus ditata, aegris salutem obtinuit, cordium secreta cognovit, et per sublimem contemplationis viam abscondita Dei penetravit.

In civitate Montis-Callerii novum asceterium sua sollicitudine et labore, quamvis non praesens nostris monialibus aperuit. Multos etiam per illustres viros oratione, et consiliis adjuvit, et Sabaudiae Principibus, quibus perchara fuit, beneficia plura impertivit. Tandem meritis, bonisque operibus referta, ad suarum virtutum proemium capessendum diem supremum clausit decimo sexto decembris anno 1717. Pius Papa IX ejus virtutum optime conscius, approbatis miraculis, solemniter in Beatorum cathalogum eam adscrivit anno 1865.

Scripsit:

1. *Nonnullas epistolas*, quae partim typis vulgatae fuerunt, et partim manuscriptae manserunt.

2. *Divoti pensieri ed affetti sull' Aspettazione del parto di Maria SS.*

3. *Esercizi Spirituali.*

Haec duo postrema opuscula edita fuerunt ab Ill.mo D. D. Anselmo episcopo Grossetano O. N., scriptore vitae illius.

(Ex vita ipsius pluries edita).

(5) D.D. Maria Ephreem a S. Corde Iesu Gallus

Episcopus Mangalorensis in Malabaria.

V. Biographiam istius in Indice Illustriorum praesulum in suo articulo.

Scripsit, et praelo commisit:

Relationem itineris sui ad suam Missionem hoc titulo — *De Rome en Terre Sainte et dans l'Inde.*

Bordeaux. Vol. 1 in 12.

Morte praeventus non potuit alia, quae desiderabat typis mandare.

Aliquae relationes, ac litterae hujus praesulis prodierunt in lucem in Ephemeridibus catholicis praecipue gallicis.

(6) Maria-Felix a Iesu Crucifixo Gallus

Natione gallus ingressus in Ordinem nostrum 1854, et anno sequenti professus, post aliquot annos Syriam petiit, et Missionariis nostris se conjunxit, et ibidem nunc etiam moratur, et ut bonus agricola in vince Domini adlaborare non cessat.

Scripsit arabice, et gallice:

Novendium precum in honorem S. M. N. Theresiae. Gallica editio publicam lucem vidit 1876.

(Ex documentis habitis a provincia Gallica).

(7) Maria Ioseph a Iesu Gallus

In saeculo Gustavus Cancel natus est La Magistere, Galliae pago, die 16 junii 1830. Professus in novitiatu Broussejensi 3 julii 1852. Sacerdos factus, Missiones nostras petiit, et post aliquot annos electus fuit praefectus Apostolicus N. Babylonensis Missionis ex decreto S. Congregationis de Propaganda Fide sub die 31 martii 1870. Galliam repetiit anno 1864 ut operarios evangelicos pro Missionibus reperiret, et interim labores suos in vinea Domini precibus Archiconfraternitatis Immaculati Cordis Mariae fundatae in Ecclesia *Dominae Nostrae Victoriarum* Parisiis, commendavit.

Hac occasione quatuor conciones diversis diebus fecit, quarum tam *mensilis Ephemerides Arciconfraternitatis*, quam *Echo Dominae Nostrae de Victoriis* compendia valde utilia dederunt; relate ad Missionem Babylonensem in genere, et circa populos Soubbu, et Selebs, usque ad hanc aetatem fere ignotos, et ab ipso Missionario repertos.

1. *Relationem edidit Statuae D. N. de Victoriis*, quam ipse nomine Archiconfraternitatis ejusdem posuit super cacumen turris Babel.

2. *Epistolam scripsit Missionum Catholicarum Ephemeridibus*, in qua describit damna et exitia Pestis in *Bagdad* et finibus ejus. In ea hoc observatione dignum refertum, quod, pestis flagello grassante, et viginti mille victimas in tribubus Arabibus faciente, nullus ex Christifidelibus pestilentiae morbo sublatus est. Quae prodigiosa praeservatio adscribitur devotae recitationi Psalterii B. V. Mariae a Divo Bonaventura compositi, quod a fidelibus quotidie tempore flagelli dicebatur.

Haec Epistola a multis Catholicis ephemeridibus exscripta fuit. *Anno 1865 Burdigalae typis* mandatum fuit opusculum, in quo describebatur Biographia ejusdem Religiosi, nec non relatio ejus itinerum per Palestinam et Persidem idiomate gallico.

Ex relatione P. F. Thomae Michaelis ex Prov. Belgica.

(8) Maria Marcella a S. Theresia Galla

Maria Agatha Gimet Avenionensis, nata anno 1733. Monasterium Cabellionense (Cavaillon) in Gallia ingressa est anno 1749, et ibidem anno sequenti professionem emisit. Priorissae munus ter in suo asceterio exercuit, ex quo expulsa fuit Revolutionis tempore. Post breve tempus potuit eamdem urbem repetere, ac ibi nonnullis ex suis sociabus religiosis collectis, vitam simul duxit fere angelicum in solitudine et oratione. Post longum et fastidiosum morbum patientissime toleratum in osculo Domini ibidem animam exhalavit anno 1794, aetatis suae 61.

Vitae interiori ex animo semper incubuit, Dei Praesentiae, et orationi addictissima. Erga Virginem Mariam pietate flagrans, ad ejus honorem plura opuscula composuit, ex quibus unum sequens solummodo adnotamus, et cujus tantum notitiam claram habemus, videlicet :

Les saintes voies du Carmel, ou moyens d'aller à Dieu par Marie. Méditations pour la vie de la Mère de Dieu pour les mois de Mai, et d'Août. Revu et mis en ordre par M. l' Abbé T. F. Sermanel, supérieur du petit Séminaire d'Avignon.

Auriaci (Orange) 1845, 1 Vol. in 18.
Ex P. F. Thoma Michaele Déf. Prov. Belgii.

(9) P. Matthaeus a S. Ioanne Italus

Vertit in linguam italicam :

Compendium vitae S. Eurosiae V. M. scriptum hispanice a D. Alberto Alves y Sala, et editum anno 1690. Italico versio.

Venetiis primo 1737 prodiit, deinde Bergomi 1745.

(10) Maximilianus a S. Ioseph Bavarus

Monachii in Bavaria anno 1694 natus est, postea in N. provincia Bavarica S. Crucis professus, religionis officia pluries adimplevit, et provinciam ipsam ut superior administrans, diem supremum obiit 1757.

Scripsit sequentia:

1. *Annus sanctus, sive breves biographiae Sanctorum, Beatorum etc.* pro singulis anni diebus etc.
Monachii 1744.

2. *Mysticus florum fasciculus seu breves biographiae Sanctorum, Beatorum, Venerabilium etc. ex Ordine B. Mariae de Monte Carmelo.*
Monachi 1746.

3. Transtulit ex latino in germanicum: *Tractatum de Origine et progressu ac Viris illustribus Ordinis B. M. Virginis de Monte Carmelo, cum vita Ioann. Trithemii Ab. Ord. S. Benedicti.*

(11) Michael a SS. Trinitate Belga

Antea dictus Marinus Gembels natus in Synario pago Flandriae Orientalis, anno 1735 24 februarii, professionem fecit Teramundae 2 octob. 1763, et ibi mortem oppetiit anno 1794.

Scripsit et in lucem dedit flandrice:

1. *Itinerarium Romanum* seu narrationem eorum quae vidit in itirere, quod versus Urbem instituit anno 1758, antequam Carmelitano indueretur habitu.

2. *Peregrinationem ad S. Civitatem Ierusalem* idest *itinerarium suum ad Ierusalem anno 1770 incoeptum.* Hoc iter fecit animo incolendi Carmelum. Inter alia ibi narrat durissimam captivitatem, quam passus est per triginta et unum dies ab Arabibus dictis *Beduinis.*

3. *Peregrinationem in reditu a S. Civitate Ierusalem* idest *partem IIitinerarii sui.*

Hoc opus edi curavit Mater ejus Ioanna Van Eijnde, anno 1786 post mortem filii. In hac secunda parte describit reditum suum in Flandriam per Galliam, Italiam, Austriam, Hungariam, Bavariam, Borussiam etc. Primo tamen descriptionem facit Terrae Sanctae, Urbis Ierusalem, Montis Carmeli, et aliorum locorum Terrae Sanctae.

Apud suos rediit P. Michael mense octobris 1773. Quo anno et ubinam duo priores libri editi fuerint prorsus ignotum est; cognoscuntur tantummodo, quia in tertio libro pluries ad ipsos remittit lectorem. Tertius extat in N. Bibliotheca Burgensi.

Ex relatione P. F. Thomae Michaelis Belgae.

(12) Michael-Angelus a S. Basilio Siculus

Edidit Panormi anno 1789 opusculum in 8. et ei titulum imposuit, ut sequitur:

Esercizii divoti in preparazione alla Festa di San Giovanni della Croce.

V. P. Alexium Narbone in Bibliotheca Sicula Tom. III, pag. 425.

---

(1) Nicolaus a S. Simone-Stock Batavus

In Frisia natus est ex Leeurvarde et vocabatur Nicolaus Nicolais Lovanii studiorum curriculo emenso, et utriusque iuris laurea insignitus, ibidem habitum nostrum induit et vota emisit 27 maii 1640. Magister Novitiorum electus 1650, post annos duos Mecheliniensi fundationi ut primus prior praefectus, eam per triennium rexit. Postea, quia acceptus erat Deo illum tentatio probavit. Ideo, quasi in exilium actus de provincia in provinciam migravit, spargens ubique aeque ac doctrinae etiam virtutum odorem. Tandem ad Flandro-Belgicam provinciam suam redux, postquam multa perpessus fuerat, ad gloriam Dei, et in adversis mirae patientiae exemplum se praebuerat, electus est prior conventus Gandavensis, in quo meritis plenus obiit 24 augusti 1681 anno aet. 68, prof. 42.

Scripsit latine:

1. *De jure ecclesiastico Dissertationes variae.*

Flandrice scripsit:

2. *De humili divinae voluntati subjectione.*
3. *De devotione erga B. V. Mariam, Matrem dolorosam.*
4. *De passione Christi pias considerationes.*

Haec inveniuntur adnotata in schedis MSS. P. Cyrilli a S. Augustino, qui in suo opere MSS. *Origo et Processus* etc. Nicolaum istum vocat virum eximiae observantiae et doctrinae. — Necrologus Gandensis alte de scriptis ejus tacet, ac propterea ambigitur utrum aliquid typis tradiderit.

Ex relatione R. P. Thomae Michaelis etc.

---

(1) Octavius M. a S. Ioseph Germanus

Alumnus provinciae SS.mi Sacramenti Germaniae.

Edidit :

1. *Repertorium morale utriusque juris et fori.*
Coloniae 1706.

2. *Interrogationes breves et responsiones ad casus conscientiae* idest *310 Dubia.*
Coloniae 1706.

---

(1) Paullus a S. Ioseph

Provinciae Romanae alumnus ortum habuerat Romae die 25 septembris 1784; et vocabatur Fortunatus Lupi. Solemnia vota nuncupavit 19 martii 1801. Definitoris generalis, ac procuratoris generalis subsellia occupavit. Fuit a Consiliis nonnullarum Congregationum Romanarum. Vir apprime versatus in Ecclesiasticis disciplinis, ac in legibus Sancti N. Instituti, plurimum profuit nostratibus superioribus, ac aliis viris doctis qui eum consulebant. Praedicationis onus suscepit, ac in multis Italiae urbibus cum animarum profectu, et omnium plausu verbum Dei disseminavit. Plurimas diversorum coenobiorum Virgines in viam perfectionis direxit in confessarii munere.

Obiit Romae anno 1866.

Edidit opera quae sequuntur:

1. *Vita della Serva di Dio S. Maria Minima Luisa di Gesù Nazareno Carmelitana,* dedicata all' Em. Cardinale D. Placido Zurla Vic. generale di S. Santità Gregorio XVI.
Romae typographia Salviucci 1833.

2. *Metodo per un Corso di Esercizi Spirituali da praticarsi dalle Monache Carmelitane Scalze.*

Roma 1864. — Editio mendis et erroribus plena.

Opera inedita.

1. *Manuale Carmelitarum Excalceatorum Congr. Italiae in tres partes divisum.*

Pars prima. *De Ordine Carmelitano in genere, et de suis Congregationibus in ispecie, praesertim de Erectione et Propagatione Congreg. Italiae sub titulo S. Eliae etc. etc.* — Pars secunda. *Sectio 1.ª De privilegiis in genere etc. cum Summario Decretorum Sacrosanctae Tridentinae Synodi, quae afficiunt omnes Regulares etc. Lectio 2.ª De privilegiis, indultis, etc. a S. Sede directe et immediate concessis Ordini Carmelitano etc.* — Pars tertia. *Agitur de Postulantibus, de Novitiis, de Professis, et eorum obligationibus etc. etc. nec non de Sacerdotibus vocalibus, de Parrochis, de Missionariis etc., et de promotis ad Dignitates extra Ordinem, et de recedentibus ab Ordine.*

2. *Dizionario Concionatorio Scritturale, ossia Raccolta di Autorità e di Storia cavata dalla S. Scrittura, utile ai Predicatori.*

Opus in tribus voluminibus divisum.

3. *Il Santo Noè,* ossia discorsi sopra la Vita di questo Patriarca ecc.

4. *I doveri de' Fratelli Conversi Carmelitani Scalzi,* proposti loro secondo la Regola, Costituzioni, Manuale, Ordinario ed Instruzioni in lingua italiana.

5. *Corso di prediche quaresimali, coi rispettivi Panegirici di Maria SS. Annunziata e di S. Giuseppe.* Con una raccolta di autorità ed esempi per la circostanza del raccomandar l' elemosina nella predicazione.

Omnia haec manuscripta R. P. Paulli a S. Ioseph pertinent ad Archivium Domus generalitiae, ibique asservantur. Superiores nostri generales multi faciunt *Manuale,* quia plurima inveniuntur in eo, quae elucidant casus et quaestiones, quae saepe saepius moventur in interpretatione legum. In desiderio multorum semper fuit, quod opus illud praelo committeretur, ut omnibus provinciis et religiosis cunctis emolumenti esset.

(Ex notitia habita a Patribus Domus generalitae Romae).

(2) Philippus a S. Eliseo Germanus

Natione Germanus, et alumnus provinciae SS.mi Sacramenti.

Ex italico idiomate in germanicum transtulit opus cui titulus:

Avvisi Spirituali della Gloriosa Madre S. Teresa di Gesù Commentati dal R. P. Alfonso de Andrade. 1 Vol. in 4. pag. 930.

Augsburgi 1753.

(3) Philippus a S. Ioseph Genuensis

Ex honestis parentibus anno 1825 Genuae ortus est, et in baptismo nomen Petri Thomae Solari sortitus est. Bonis moribus imbutus, et sufficienti doctrina praeditus Religionem nostram in provincia Genuensi ingressus est, et Lodani vota sacra nuncupavit anno 1845 23 julii. Peracto studiorum curriculo, petiit et obtinuit facultatem eundi in exteras regiones ad propagandum Christi evangelium, et ad Missiones nostras in Indiis se contulit. Ibi multum adlaboravit, et adhuc assidue laborat. Vir in theologicis disciplinis apprime versatus, omnibus Missionariis adiumento est in casibus solvendis, in decretorum et legum interpretatione ecc. Multis annis vicarii generalis Episcopi Verrapolitani munere functus est, et insuper ut rector Seminarium rexit, et delegati provincialis titulo Conventus Religiosorum et Monialium gubernavit. Prudentiae et humilitatis religiosis, et Clero seculari exemplar. Optimi superioris partes adimplet, vir Consiliorum ab omnibus dictus theologiam moralem S. Alphonsi Mariae de Ligorio edocuit nostros religiosos, et Clerum saecularem in districtu Missionis, et edidit Verapoli nonnullos libros ad eorum profectum, inter quos praelo dedit lingua regionis illius:

Homo Apostolicus S. Alphonsi de Ligorio: et alia.

Vicarii Apostolici munus non semel oblatum recusavit.

(Ex relationibus N. Missionariorum).

Nunc assiduam navat operam ut reimprimatur opus theologiae moralis magnum S. Alphonsi de Ligorio in lingua malabarica ad usum Sacerdotum indigenorum et exterorum.

(4) Pius a S. Francisco Italus

Fuit alumnus provinciae N. Romanae, et ejusdem provinciae definitoris officium gessit. Vivebat adhuc in principio hujus saeculi XIX, et theologicis disciplinis praesertim moralibus apprime excultus. Alias hujus religiosi notitias non novimus, scimus tantum septuagenarium anno 1807 Romae typis mandasse opusculum cui titulum hunc satis prolixum et curiosum dedit, videlicet:

Monstrum theologicum duplici diversa valde praeditum facie latina una anti-probabilistica-italica, altera probabilistica-erudito pubblico exhibitum — ad illud accuratiore mentis acie dispiciendum — an facies anti probabilistica — an vero probabilistica — utroque recto genuinae veritatis theologicae — pede gradiatur.

In approbatione Operis, Benedictus Mauritius Oliveri Ord. Praed. S. Theologiae Magister illud valde commendat.

(1) Raimundus a S. Eliseo Bavarus

Bavarus natione ad nostram provinciam S. Crucis pertinebat. Idiomate germanico praelo commisit:

1. *Sermones super diversa Mysteria.* In folio. Augsburgi 1766.

2. *Sermones quadragesimales.* Augsburgi 1766.

(2) DD. Raimondus M. a S. Ioseph Episcop.

Cum anno 1878 per Galliam peragrasset, ut ad suam Sedem remearet, forte legit notam quamdam Ordini Nostro valde injuriosam, insertam gallico operi:

N. Dame du Mont Carmel, quod nuper ediderat R. D. Blot: Zelo domus Dei, et Ordinis amore captus, voluit ab auctore debitam reparationem exigere, sicut reapse accidit. Negotio ad optatum exitum perducto, relationem insuper a se confectam misit tum Episcopis, quam conventibus Patrum nostrorum et monialium in Gallia et Belgio existentibus.

Relatio gallico idiomate exarata, inscribitur:

Documents rélatifs au retrait de la note finale du livre de M. l'Abbé Blot, intitulé: N. D. du Mont Carmel.

« Documenta haec typis non mandavit Ill.us Antistes, sed arte, ut vocant, autographica exarari curavit in 4. pp. 20.

« Nota de qua hic sermo est respiciebat gubernium Nostrarum Monialium. — Ex Epist. R. P. F. Thomae Michaelis a SS. Sacramento Def. Prov. Belgii.

(3) Raphael ab Immaculata Conceptione Italus

Hic religiosus Carmelita adhuc in humanis agit, estque alumnus provinciae N. Etruriae, cujus fuit Moderator, et postea Aretii arduum magistri novitiorum officium administravit. Senis in Thuscia anno 1820 19 augusti primam conspexit lucem, et in Baptismate nomen habuit Alexandri Bandiera. In patria sua studiis vacavit, et juris prudentiae lauream consecutus est, indeque clero saeculari nomen dedit et sacerdotio

initiatus fuit. Trigesimum quintum annum agens Ordini nostro cooptatus est anno 1856, et post annum solemnia vota emisit.

Pauca ingenii sui praelo submisit, et sunt sequentia :

1. *Orationem panegiricam in laudem S. Iosephi* (Italice).

2. *Orationem funebrem in morte Ill.mi DD. Anselmi Fauli Episcopi Grossetani* ex Ordine Nostro assumpti, italice scriptam.

3. *Plurimos articulos, insertos in Ephemeride Senensi sub titulo : La Stella del Carmelo* — qui inscribuntur: Schola Orationis, et doctrinam exprimunt et declarant S. M. N. Teresiae a Iesu. — Hujusmodi articuli in unum collecti simul in volumine, typis denuo prodierunt, et sunt et erunt non modici emolumenti vitae spiritualis directoribus, aeque ac cultoribus. Faxit Deus quod alia ejusdem meriti opuscula auctor ipse conscribat, in lucemque producat ! !

In praesentiarum Romae munus definitoris generalis gerit, et pro tota Congregatione, adlaborat.

(4) Raphael a S. Ioseph Belga

Religiosus iste qui adhuc vivit, ex aquis lustralibus vocatus Emilius Englebin, ortum habuit in Eucassine d' Enghien Dioec. Tornacensis pago, 17 maii 1847, et vota dixit anno 1866 4 sept. Gandae in N. Collegio, theologiae lector fuit.

Edidit gallice :

1. *Éloge funèbre de Sa Saintetè Pie IX.*
Typis Gandavi 1878 in 18. pp. 22.

2. *Le Déluge d'amour et l'Arche Sainte* suivis *du Christ de l'âme*, ou, mistère des Vocations réligieuses au dix-neuvième siècle. *Lè dèluge d'amour* est concio in honorem SS. Cordis Iesu. *Le Christ de l'âme* — est poema de vocatione ad statum religiosum.
Tornaci 1880 in 32. pp. 70.

Latine scripsit et edidit :

3. *Prolegomena in S. Theologiam.*
Gandavi 1882 in 18. pp. 78.

4. *De S. Theologiae locis, fidei propositionibus et*

conclusionibus dissertatio selecta, complectens, ordine scientifico, quid quid prius cognosci debet, ad studia sacra fauste peragenda, cui accedit *appendix utilissima de haeresibus, schismatibus, aliisque contra Religionem erroribus* etc.
Tornaci 1882 in 18.

Dissertatio habet pp. 199, Appendix cum indice pp. 70. *Prolegomena et Dissertatio de locis Theologicis* laudantur tum a Belgicis Ephemeridibus — *Nouvelle revue Théologique et Revue catholique* tum a Diario Carmelitico *Les annales du Carmel* quod prodit Parisiis.

Cursum S. Theologiae completum parat Auctor, cujus Tractatus *de Actibus humanis jameditus est.*

Ex relatione R. P. Thomae Michaelis etc.

(5) Rinaldus Maria a S. Iusto.

Provinciae Longobardiae alumnus in saeculo Camillus Rousset natus Beaulard 21 martii 1860, habitum nostrum induit anno 1877, et professionem emisit 1881 propter militarem conscriptionem, a qua S. Matris nostrae Theresiae opitulante praesidio salvus evasit.

Adhuc studiis vacans e latino in sermonem italicum vertit opusculum:

1. *Vade-mecum Novitiorum.* — 1884.

Scripsit etiam et edidit anno 1882.

2. *Omaggio a S. Teresa in versi italiani* (Partus felix adolescentiae!).

(6) Romualdus a S. Bernardo Belga

Natus Bruxellis 16 februarii 1699 ab aquis lustralibus Baptismi sortitus est nomen Guillielmi Neijnemans, et ibidem professionem solemnem fecit 21 julii 1723, obiitque Mecliniae 22 octobris 1750. Successive prioris officium Gandavi, Lovanii Mecliniae administravit.

Typis commisit:

Versionem flandricam operis laudatissimi P. Ioannis Ioseph a S. Theresia, italice scripti, cujus titulus est: *Amor Iesu erga hominem in SS. Eucharistiae Sacramento, et ingratitudo hominum erga Iesum in eodem*

SS. Sacramento. Adjunguntur operi *quatuor colloquia animam inter et Iesum.*

Antuerpiae 1747 in 8.

Reliquit manuscriptum in 8. exaratum anno 1748, cui titulum apposuit ut sequitur:

Troost der cleijnmoedige — idest *Moerentium solatium cum iconibus pictis et devotis cantilenis.*

Hujus manuscripti mentio habetur in catalogo librorum quos Antuerpiensis Bibliopola Petrus Kocksx divendere statuit.

Ex Relatione P. F. Thomae Michaelis etc.

(7) Rupertus a S. Bennone

Natus erat Monachii in Bavaria 1698, ibique vitam finivit anno 1764. Fuit Religiosus professus N. provinciae S. Crucis Bavariae, et in eadem Magistri novitiorum, prioris, definitoris et provincialis successive officia optime administravit. Vir apprime versatissimus in litteris amenioribus, peritissimus in philosophicis et theologicis disciplinis, quas suis Confratribus in diversis Conventibus lectoris titulo explanavit.

Germanice opera sequentia multa laude dignissima edidit, videlicet:

1. *Lingua filiorum Dei, sive principia vitae Contemplativae et activae.*

Monachii 1744.

Hujus prodiit jam editio octava.

2. *Amor Theresiae sive Modus facillimus perveniendi ad perfectionem Christianam per amorem solum.*

Opus extractum ex ipsius S. M. Theresiae scriptis.

Monachii 1749.

(1) Saturninus M. a S. Andraea (Vulgo Sernim) Gallus

Anno 1831 die 21 junii in Gallia lucem vidit; et ingressus Ordinem nostrum, anno 1855 solemnia vota pronuntiavit. Semel et bis provinciam nostram Avenionensem prudentissime rexit. Soluta oratione et versibus stylo aeque eleganti et puro scribebat, et eruditione omnigena dives erat. Pauca doctrinae suae monumenta reliquit, quae sequentia sunt :

1. *Voix qui prient* (poësies).

Paris, chez Periste 1875.

2. *Vie de la B. Marie des Anges C. D.* Hoc opus bis impressum fuit, secunda tamen editio est absolutior prima.

3. *La vie du V. Iean de S. Samson Rèligieux Carme de la Reforme de Touraine.*

4. *Maximes spirituelles.* Opus posthumum 1883.

Ex notitia habita a N. Religiosis suae Provinciae,

(2) Seraphinus a Iesu Florentinus

Anno 1775 Florentiae vitam habuit, et in lustrali aqua Baptismatis Bartholomaei Confini nomen accepit. Apud patres Carmelitas calceatos professionem fecit, sed anno 1819 a Sede Apostolica obtinuit facultatem transeundi ad nostros, et post sex menses novitiatus, vota solemnia iterum emisit in Tyrocinio nostro Aretino anno 1820, 21 februarii. Docuit theologicas disciplinas, et munia definitoris tam provincialis quam generalis implevit. Fuit etiam rector Seminarii Missionum Romae, ubi plenus dierum anno 1841 in osculo Domini obdormivit.

Scripsit lingua italica, et praelo dedit *Aretii anno 1840* opus perutile, sed mendis multis ex typis repletum, cui titulus :

1. *Effemerologio Carmelitico-Teresiano.*

In eo per dies singulos anni, adnotantur eventus et facta quae respiciunt Ordinem B. Virginis de Carmelo.

2. *Compendio della vita di S. Teresa.*

Pluries Florentiae editum.

(3) Seraphinus M. a S. Theresia

Genuae ex honestis parentibus ortus est 1838, et vocabatur Antonius Risso. Longobardicae nostrae provinciae nomen dedit, et Ferrariae vota sacra nuncupavit 1855, et Placentiae scientias didicit.

In aliquibus conventibus suae provinciae officia lectoris, prioris ac definitoris gessit; scripsit adhuc juvenis et edidit in laudem R. R. Adeodati a S. Aloysio opellam stylo et idiomate fucati nitoris cum titulo:

Biographicum elogium P. F. Adeodati a S. Aloysio qui meritis et virtutibus dives Placentiae obierat.

Alia scripsit, sed ad nostram notitiam nihil aliud pervenit. Vivit adhuc, et in vinea Domini ad laborare non cessat.

(4) Serapion a S. Andraea Corsini Austriacus

Natus est Neurodi in Silesia Borrussiae dioecesis Pragensis 8 dicembris 1816, vota solemnia emisit 18 octobris 1846. Fuit vicarius provincialis provinciae Austriacae, dein definitor generalis, nunc autem provinciae Austriacae moderator, simulque prior Graecii in Austria-Ungaria. Vir doctissimus, et in agendis peritissimus, regularisque observantiae amantissimus Custos, et promotor. — Praelo dedit Graecii versionem a se factam in linguam germanicam opusculi, cui titulus:

1. *Vade-mecum.* — Opus valde utile novitiis, et juvenibus N. S. Ordinis, jam saepe ex latino in alia idiomata conversum.

V. in Suppl. P. F. Efrem a Matre Dei. — Editus fuit 1882, 1 Vol. pag. 311.

2. *Liberculus super Scapulare pag. 180.*

Apud Uldaricum Maser 1869.

3. *Carmelus et Manresa.* — Exercitia spiritualia 10 dierum pag. 380.

Viennae 1874 apud Mayer et socios.

4. *Amicus Religionis,* 4 fasciculi.

Lincii 1876.

5. *Constitutiones Instituti Tertiariorum Ordinis B. Virginis Mariae de Monte Carmelo — 1883.*

Omnia supradicta opuscula Germanico idiomate exorata sunt.

(5) Serapion a S. Catharina Belga

Vocabatur in saeculo Franciscus, vel ut aliis placet Petrus Norier Yprensis, et vota pronuntiavit apud nos in conventu Lovanii 26 novembris 1669, iterato prior Yprensis et Dunkercanus, et anno 1698 primus prior nostrae sacrae Eremi Nethensis prope Lovanium. Vir admodum austerae vitae, qui novitiatus sui fervorem usque ad mortem servavit. Correptus apoplexia, infirmitates inde secutas per multos annos ita patienter toleravit, ut vix aliquid de consueto vivendi rigore relaxare consenserit. Diebus plenus et meritis Antuerpiae decessit 3 julii anno 1723 ann. aet. 74 prof. 54.

Dum priorem agebat in deserto Nethensi conscripsit anno 1699.

1. *Collationum spiritualium librum unum in 4. pp. 591* excluso indice, qui habet pp. 30.

Scriptus est latino sermone. Accedit idiomate gallo methodus brevis meditandi, idest:

2. *Practique courte de méditer pp. 6.*

3. *Iesus Verbum Patris.* — Disticha latina.

4. *De Arcano SS.mae Nativitatis Salvatoris N. Iesu Christi Mysterio* — Rhythmo pp. 16.

Servantur MSS. in Bibliotheca Conventus Brugensis.

Ex P. F. Thoma Michaele etc.

(6) Servatius a S. Ioanne Baptista Germanus

Erat provinciae nostrae Germanicae filius, et ex italico idiomate transtulit in idioma germanicum librum, qui hoc titulo gaudet, idest:

Brevis tractatus de interna Dei praesentia, primo conscriptus ab Adm. R. P. Ioanne M. a S. Ioseph praeposito generali, et editus Mediolani.

Versio P. Servatii Coloniae prodiit 1712.

(7) Simon a Virgine Bavarus

Alumnus professus N. provinciae Bavaricae. — Edidit:

Sermones sacri pro Dominicis et festis totius anni.

Augsburgi 1774.

(8) Simon Stokius a Spiritu Sancto Panormitanus

Nihil de vita et moribus istius N. Religiosi ad notitiam nostram pervenit, scimus tantum elaborasse opus, quod inferius adnotabimus et supremum diem obiisse Panormi dum provincialis officio fungeretur anno 1757.

De opere illo manuscripto mentionem fecit Sirius in 4 volumine, adjuncto operibus Mongitoris. Opus quod manu exaratum reliquit hunc titulum praefert:

La Claustrale confermata dalla S. Scrittura, dai SS. Padri, Concilii e Decreti Pontificii.

V. P. Alexium Narbone in sua Bibliographia Sicula edita Panormi 1854, Tom. III, pag. 369.

(9) Stanislaus a S. Carolo Belga

Cortraci in Belgio natus est, et sortitus est nomen Jacobi Arnaldi Steist, 7 julii 1733, professus Lovanii 23 septembris 1759. Dei 20 decembris 1773 cum R. P. Benedicto Joseph a S. Innocentio (de quo fit memoria in hoc supplemento) Romam discessit, ibidem moraturus in Seminario Nro S. Pancratii. Paulo post Vicarius residentiae nostrae Aleppi in Syria nominatus, urbem reliquit die 13 julii 1774 postquam benedictionem apostolicam et multa privilegia accepisset a Clemente XIV, qui de viri praeclaris meritis praemonitus, ipsum summa cum benevolentia excepit. Aleppum advenit die 23 proximi sequentis mensis Augusti, ibidemque novem circiter annos transegit, non semel a S. sede delegatus ad negotia maximi momenti, et ab omnibus magno in honore habitus propter animarum zelum, quo praeditus erat, et miram ejus dexteritatem in explanandis difficultatibus, praesertim ex parte schismaticorum exortis. Inter alia, quae ei demandata fuere munera a Summo Pontefice, recensendum illui est commissarii Apostolici pro dissolvenda inclyta societate Jesu in Syria, quod ipsi concreditum fuit anno 1775, quodque tam insigni charitate explevit Stanislaus noster, ut nihil ultra de eo PP. jesuitae desiderare potuissent. Postquam enim ipsis commissionem suam aperuisset, et, ut sibi injunctum fuerat ab Em. Cardinali Castelli, eos a sacro ministerio suspendisset, eos illico in pristino

statu restituit, quoad omnes functiones sacras, imo, in quantum id poterat, quoad quaedam privilegia, quibus antea gaudebant. Die 29 junii 1783 Aleppo discessit, translatus ad Vicariatum Tripolitanum et montis Libani, quos pari zelo ac Aleppensem sex annos et ultra gessit. Tandem die 6 7bris 1733 inde remeavit in Flandriam, ubi prioratum Brugensem per integrum triennium tenuit ab anno 1793. E conventu Brugensi expulsus a Gallis, die 7 januarii 1797, quam primum id ei pro temporum nequitia licuit, ad eumdem reversus est, et ibidem plenus diebus et meritis, transitorium cum aeterno commutavit die 30 martii 1825, anno aet 92, prof. 66, sac. 63.

Scripta reliquit:

1. *Diarium in quo Flandrico idiomate descripsit varia itinera sua et res notatu dignas, quae acciderunt in Syria, tempore quo ibidem commoratus est.*

Servatur MS. in 12 in bibliotheca Carmelitarum discalceatorum Brugensium.

2. *Documenta varia non spernenda circa missionem Syriae quae,* asservantur MM. SS. Romae, in archivio S. Congregationis de Propaganda Fide, ut asseruit R. P. N. Gregorius Maria a S. Joseph Flander, olim Definitor Generalis.

De eo honorificam mentionem habet Brugensis Ephemeris, Rond den Heerd ad diem 30 martii 1870.

Ex relatione missa a R. P. Thoma Michaele a SS. Sacramento Def. et Mag. Novit Brugis.

(10) Stephanus a S. Paulo Germanus

Carmelita calceatus professus N provinciae Germanicae — Ex edidit:

Florissae Concionatoriae.

Coloniae 1686.

(11) Stephanus a S. Theresia Belga

Insulis Galliae sub die 9 octobris 1828 natus est, et dictus est a Baptismate Alphredus Leplat. Habitum nostrum suscepit in nuper restaurata provincia Belgica, et solemniter Deo se

devovit anno 1858. Conventum Gaudensem officio prioris moderatus est, postea in provinciali capitulo definitoris titulo decoratus est. Curavit solerter editionem novam nonnullorum operum, quorum titulus erat:

1. *Devota expositio litteralis et mystica totius Missae ac ceremoniarum ejus* (quod editum primo fuerat Matriti anno 1789 a R. P. Dionysio a Conceptione).

Gaudavi prodiit 1875 opud Poelman.

2. *Vade mecum novitiorum Fratrum B. M. Virg. de monte Carmeli* (editum primo Monachii 1736).

Prodiit cura P. Stephani Gandavi 1874 apud Poelman.

---

(1) Thadeus a S. Adamo Germanus

In saeculo vocabatur Ioannes-Antonius Duverser alias Gregorius Hertwig, et natus est Fahrii in Franconia die 13 februarii 1757. Emenso studiorum curriculo in gymnasio, ac Universitate Herbipolensi, et doctoris philosophiae laurea donatus, ingressus est Ordinem B. V. de Monte Carmelo. Iam a pueritia in N. Conventu Herbipolis, sub disciplina patris N. Theodorii ex provincialis, primam instructionem habuerat. Coloniae professus est, et factus sacerdos 1780 Moguntiae, sub R. P. Alexio a S. Aquilino, et Patre Ioanne a Cruce priore theologicis studiis vacavit. Nostrorum alumnorum lector biennio fuit; postea S. Scripturam ut professor electus a Maximiliano Friderico Electore Bonnae explanavit, deinde Argentorati Exegesis et bibliarum linguarum professor, episcopalis etiam Seminarii rector, et in Cathedrali concionator extitit, alienus omnino a politicis negotiis. Tempore satis calamitoso a Iacobinis accusatus est ut *pietista* et *aristocrata*, et carceribus obtrusus, ac ultimo deportatus est in Africam, et morti designatus anno 1792.

Quamvis plus aequo liberalibus ideis indulserit, tamen hac occasione fidem suam ostendit, et ut verum Christi confessorem ac sacerdotem aperte se declaravit, immo confessus est Religionem Iesu Christi quam antea praedicaverat, etiam in vinculis et in morte publice praedicaturum, et pro ejus divinitate sanguinem proprium effusurum si oportuisset.

A vivis impio Robersperio sublato, e carcere dimissus in suum conventum Heildebergae 1796 laetus rediit, et statim ab Accademico Senatu electus fuit ut theologiam doceret, eo ipso tempore quo ab Episcopo Argentoratensi ut coadjutor postulabatur. Alibi etiam desiderabatur. Anno 1807 cum tota theologica facultas catholica trasferretur Friburgum, ipse etiam illud petiit; 1810 officio parrochi Karlsruthensis fungebatur, et propter orationem funebrem. quam dixit e suggestuo Friburgo quasi expulsus, Confluentiae degradatus est. Lucernae in Helvetia fuit Seminarii rector et magister ab

anno 1811, usque ad 1814, postea professor et canonicus Wratislaviae ab anno 1815 ad 1827, semper in tribulationibus positus, et aerumnis attritus. Ibi tandem morbo maculoso correptus, mortem piissime oppetiit 1827. Anno praecedenti suos Ordinis confratres in conventu Herbipolensi visitavit. Post obitum suum studentes theologiae propriis expensis funeralia celebravere satis sumptuosa, in quibus cantata fuit *Missa de Requiem* celeberrimi *Mozart*, et *Dom. Doct. Theiner* sermonem funebrem dixit.

Vir omnigenae eruditionis, et in scientiis sacris versatissimus, multa typis mandavit, quorum cathalogus hic exhibetur.

« In his operibus multi deprehenduntur errores, praecipue « in opere sub numero 12 inscripto *Commentatio biblica in* « *effatum Christi — Tu es Petrus —* quod in indice libro- « rum prohibitorum insertum est; Immo Pius VI Pontifex « Maximus testatur ipsum in Universitate Bonnae docuisse « *doctrinarum portenta et monstra* ». — Haec sunt opera.

1. *Necessitas linguarum Orientalium ad S. Scripturam intelligendam, vindicandam, ac Dogmata Dei inde probanda.*
Coloniae 1783 in 4.

2. *Notiones generales Hermeneuticae sacrae Vet. Testamenti.*
Coloniae 1784 in 4.

3. *Id. Id. N. Testamenti.*
Ibid. 1786.

4. (Lingua germ.) *De interitu Sodom. et uxore Loth.*
Ibid. 1784 in 4.

5. *De vita Ioann. Baptistae in deserto commorantis.*
Ibid. Francoforti 1785.

6. *De Missione Prophetae Ionae* (Germanice).
Bonnae 1786.

7. *Origo et inauguratio Universitatis Bonnae.*
Ibid. 1786.

8. *Iura et officia Papae extracta a S. Bernardò.*
Bonnae 1787.

9. *Cantic. Moysis ex lingua hebraica* (metrice).
Ibid. 1788.

10. *Psalmus 68 (Vulg. 67).*
Ibidem.

11. *De tentatione Christi. Matth. 4.*
Ibid. 1789.

12. *Commentatio biblica in Effatum Christi: Tu es Petrus.*
Coloniae.

13. *Sermo de Divinitate Christi, de Phariseismo.*
Argentorati 1791.

14. *Breviarium in lingua germanica 4 vol.*
Augsburgi 1792 et Viennae tres editiones divulgabantur.

15. *Ecclesiastes, Canticum, liber Sapientiae.*
Francoforti 1800.

16. *Iosue, Iudices. Ruth et Samuel.*
Ibid. 1808.

17. *Lib. Regum, Chronica Esdreae et Nehemiae.*
Ibid. Ibid.

18. *Tobias, Iudith, Esther, Iob.* (metrice).
Ibid. Ibid.

19. *Ruth, imago domesticarum Virtutum pro Parrochis.*

20. *Liber precum, pro Catholicis.*
Rothenburgi 1808.

(2) Theodorus a S. Maria Romanus

Anno 1805 23 decembris in Valle-Corso dioecesis Cajetanae in lucem prodiit, et in Baptismatis lavacro Raphaelis nomen sortitus est, ex familia Zacchei. Professionem emisit die 29 aprilis 1827. Multiplicis eruditionis vir in Religione evasit, in bonis litteris et eloquentia versatus, versibus elegantibus et prosa pernitida, Republicam litterariam ditavit; Qua de re plurimis Accademiis, et scientificis societatibus adnumeratus fuit. Sermones multos et Orationes panegyricas e suggestu dixit, quae doctorum virorum plausu excipiebantur; attamen pauca ingenii sui monumenta praelo commendavit. Vivit adhuc in bona senectute, et est Congregationis Indicis unus ex Consultoribus.

Edidit:

1. *Orazioni panegiriche recitate in Roma.*
Typis S. Cong. de Propag. Fide Romae 1874.

2. *Una scelta di versi latini.*

3. *Alcune Canzoni, ed altri componimenti poetici in lode di Maria SS. ed altri Santi.*

(Haec carmina redolent elegantiam Nostrorum illustriorum Italiae vatum).

Multa alia scripsit praesertim sermones, orationes, et prolusiones, nec non plurima carmina latino et italico idiomate, quae e suggestu, aut legendo cum plausu recitabat, praesertim in Accademiis Tyberina et Arcadica, quarum socius erat, sed multa ob nimium sui ipsius contemptum igne consumpsit, quae tamen Ordinis nostri decus auxissent, et complurimis emolumenti essent, si typis commisisset.

Utinam multorum vota adimplerentur, et quae remanent ipsius scripta edita viderentur!

(3) Theodorus a S. Thoma Pedemontanus

In saeculo vocabatur Coelestinus Garrone, et natus erat Cevae in dioecesi Montisregalis 17 januarii 1822. Nostrum habitum sumpsit anno 1841, et anno elapso vota sacra emisit. Vices Parrochi Taurini in N. Ecclesia S. Theresiae ad tempus gessit, et praedicationi verbi Dei cum laude incubuit. Post suppressionem Religiosorum peractam a Gubernio Pedemontano, habitu religioso ex vi hujus iniquae legis dimisso, officium Cappellani in reclusorio quod *Generala* vocatur prope Taurinum exercuit, postea idem munus in poenitentiario Mediolanensi gessit, et nunc in carceribus Oneliae in eodem officio perseverat.

Ut bono spirituali, et etiam temporali carceribus obtentorum, quantum fas esset prospiceret, aliquot opuscula typis mandavit, quae multum emolumenti attulerunt mulctatis carcerum poena, et a viris aeque doctis ac materiei probe consciis pluris extimantur.

En titulus operum editorum:

1. *Un trovatello.* 1 Vol. in 16, pagg. 416.
Taurini.

2. *Vade mecum del Detenuto.* 1 Vol. in 16, pagg. 552.
Mediolani.

3. *Benefattori e Beneficati.* 1 Vol. in 16, pagg. 418.
Oneliae.

4. *D. Settimio ed i Corrigendi.* 1 Vol. in 8, pagg. 464.
Oneliae 1883.

Titulus operum proximae publicationis.

5. *Viaggi in Carcere.*

6. *Agnolo Graziosi ovvero il Figlio d'un Ebreo.*

7. *Adelaide Santucci* o *La scuola di Operaje Milanesi.*

Opera edita, idiomate puro et stylo pernitido redolent.

(4) Theresius a Iesu

Edidit opus inscriptum:

1. *Oeconomia divinae revelationis, et Dogma de Deo uno et trino.*
Prodiit Wircerburgi 1791.

2. *Theologiae revelatae dogmata Theoretica et pratica.*
Wircerburgi 1793.

(5) Theresius a Nativitate D. N. I. C. Austriacus

In Habetrcheverdt dioecesis Pragensis in Bohemia prodiit in lucem anno 1824 27 martii. — Nostro indutus habitu 1857 post annum tyrocinii expletum, professionem emisit die 25 decembris Nativitati D. N. consecrata. A Nostro V. Definitorio generali primo electus fuit anno 1862 ad munus Magistri novitiorum pro Austriaca provincia, deinde anno 1882 ab eodem N. Definitorio generali idem Magistri officium illi collatum fuit pro novitiatu Graeciensi.

Scripsit germanice, et edidit sequentia:

1. *Regula et 1.a pars Constitutionum fratrum Discalceatorum Ordinis B. Virginis Mariae de Monte Carmelo Congregationis S. Eliae.* — Cum appendice extracta ab Istructionibus et Ordinario ejusdem Ordinis ad usum Fratrum conversorum.
Graecii 1868.

2. *Schola virtutis sive Manuductio ad meditationem, et vitam interiorem* cum aliquibus instructionibus pro initio vitae religiosae.
Pag. 318. Graecii 1871.

3. *Mensis octobris — Collectio precum in honorem S. M. Theresiae a Iesu pro filiis ejusdem.*
Pag. 109. Graecii 1874.

(6) S. M. Theresia a Iesu

Cum anno a parta salute 1882 faustissimo omine, toto fere Orbe exultante, tercentesimam anniversariam festivitatem ab obitu S. Theresiae, N. Sacer Ordo, et Ecclesia celebraverint, impossibile dictu est quot solemnissimae, in omnibus terrae partibus ad honorem S. Matris Nostrae, cultus et devotionis demonstrationes locum habuerint. Mensis praecipue octobris totus dicatus fuit ad honorandam in civitatibus et oppidis Magistram orationis et perfectionis, potissimum vero in Ecclesiis nostrorum coenobiorum et monasteriorum, ubi illustriores praesules convenerunt ad festivitates ipsas celebrandas. Hispania in primis ad gloriam augendam suae illustris Concivis selectis accademiis, litterariis, scientificis et artisticis certaminibus, piis peregrinationibus, panegyricis orationibus, et cantibus spiritualibus per plures dies festa prorogavit. — Italia. Gallia, Anglia, Germania nec non Asiaticae et Americales nationes omnes specialem devotionem erga S. Virginem Reformatricem, ex animo ostenderunt. Hac etiam occasione praelo datae sunt relationes vitae S. Theresiae, opuscula, volumina, orationes et carmina, de quibus praetium est nonnulla hic adnotare, ne in posterum memoria labantur, sed e contra ut successores nostri compendiosam saltem notitiam habeant, de operibus et voluminibus, quae hac fausta hilarique occasione in publicam lucem prodiere cura et opera praesertim religiosorum nostrorum.

1. Religiosi nostri novitiatus Concesiae operam navarunt ut typis ederetur *Novendium S. Alphonsi Mariae de Ligorio in honorem S. Matris N. Theresiae*, cujus amore et devotione exardescebat. Titulus est: *Novena di S. Teresa per S. Alfonso M.a de Liguori Vescovo e Dottore di Santa Chiesa.*
Trezzo sull'Adda 1882.

2. Patres N. Carmelitae Excalceati conventus N. Placentiae reimpressionem curarunt vitae compendiosae S. M. N.

Theresiae primo exaratae a P. Seraphino a Iesu, provinciae Etruriae. — En titulus : *Vita della Serafica Vergine Santa Teresa.*

Piacenza Tipografia Solari.

3. Cura et studio alicujus N. Religiosi conventus N. S. Caroli Genuae prodivit compendium vitae S. M. N. Theresiae extractum a scriptis D. D. Alphonsi Mansaredo, Patriarchae Ierosolimitani et Decani S. Rotae, nec non promotoris causae Canonizationis S. Theresiae, et jam in unum redactis a P. Alexio a Passione. Haec nova editio purior lingua et emendatior apparet. — Habet pro titulo : *Compendio della vita della Serafica Vergine S. Teresa di Gesù, coll'aggiunta de' suoi Ricordi e della Novena.*

1 Vol. Genuae Tipographia Archiepiscopali 1882.

4. Typis iisdem, et eadem ratione prodiit opusculum *de Virtutibus et biographia S. Theresiae*, quod jamdiu scripserat Cardinalis Aloysius Lambruschini. Hic titulus huic opusculo inscribitur : *Meditazioni sulle virtù di S. Teresa con ristretto della sua Vita del Card. Lambruschini.*

Genuae Typographia Archiepiscopali 1882.

5. R. P. Theodorus a S. Maria occasione festivitatum in hoc tertio centenario S. Theresiae in toto Orbe factarum, praelo commisit *Carmen saeculare* italice scriptum, quod a doctis plurimi habitum est. Hunc praefert titulum : *Carme Secolare alla Beatissima M. S. Teresa.*

Romae Tipographia Poliglotta 1882.

6. Senis in Thuscia in Ephemeride, quae inscribitur *Stella del Carmelo,* multa prodierunt elapsis annis, in honorem et memoriam S. Matris Theresiae, et nunc et in futurum de laudibus hujus Sanctae praelo dabuntur in illa Ephemeride ; tamen recurrente anniversaria tercentenaria celebritate in mense octobris 1882 collegit in fasciculo illius mensis aliquot scripta praecipue poetica in laudem Seraphicae Matris diversorum scriptorum, in memoriam et documentum solemnitatum hujus auspicatissimi anniversarii.

Nonnulla cantica hujus parvulae collectionis exarata sunt a Carmelitis Excalceatis.

Alibi etiam multa alia opuscula edita sunt, vel iterum impressa occasione hujus solemnissimi tercentesimi anniversarii.

In Galliis et in Hispania praecipue multi religiosi nostri operam dederunt ad hunc finem.

(7) Thomas a Septem doloribus Hispanus

Erat hispanus natione, et Congregationis N. hispanicae alumnus, qui Syriam petiit, et nostris religiosis in Monte Carmeli se adiunxit; ibi per plures annos vitam duxit, et tandem Hispaniam remeavit, ubi pluribus jam abhinc annis mortem oppetiit. Hic est auctor operis valde insignis describentis Montem Carmelum et terram sanctam lingua hispanica, cui titulus:

La Tierra de Promission y el Monte Carmelo.

(8) Thomas Ioannes a S. Cyrillo Germanus

Alumnus provinciae N. Germanicae SS. Sacramenti, edidit:

1. *Mater honorificata S. Anna.* 1 Vol. in 4.
Coloniae 1657.

2. *Corona Anni Mariani.*
Coloniae 1657.

(9) Timotheus a S. Ignatio Bavarus

In nostra provincia S. Crucis Bavariae habitum nostrum suscepit, ibique professionem emisit. Typis commisit opus in germanica lingua quod inscribitur:

1. *Sermones in omnes Dominicas.* 1 Vol.
2. *Sermones in omnia festa.* 1 Vol.

Augsburgi 1780-1781.

(1) Urbanus a S. Elisabetha Belga

In saeculo Servatius de Ronde natus est Bruxellis 27 februarii 1722, professus est in Ordine Nostro Lovanii 13 septembris 1741. In provincia Flandro-Belgica bis lectorem S. scripturae egit et semel theologiae, et definitoris provincialis etiam officio functus est.

Divisione facta anno 1761 Flandros inter et Brabantinos, bis provincialis, et semel saltem definitoris provincialis provinciae Brabantiae munus gessit.

Obiit in conventu S. Joseph Lovanii die 7 aprilis 1789, aetatis 68. Profess. 48.

Edidit:

Examen theologo-scripturisticum, sive petitiones theologicas, et responsiones scripturisticas, concernentes theologiam moralem.

1 Vol. in 12 Lovanii 1775.

---

(1) Valentinus a S. Theresia Genuensis

In oppido Dioecesis Albinganensis dicto *Plebe de Teuco* natus est ex patre Joanne Manfredi anno 1765, ingressus Religionem nostram vota solemnia dixit, dum annum decimum nonum compleverat. Emenso cum laude studiorum curriculo missiones nostras malabaricas aggressus est, et per multos annos Missionarii opus exercuit. Ibi ingenio ut erat praeditus, multum profecit in linguis adipiscendis, et mores, religionem, et historiam illarum gentium. Indicarum absolutissime cognovit. Italiam Genuamque reversus creditur aliquot opuscula scripsisse de rebus Indicis, et forsan typis edidisse, sed certo nihil nobis compertum est, si excipias opusculum quod fortuito nobis datum est novisse, et est sequens.

Relazione storica dello Stato Civile, delle Scienze, antichi Bramani delle Indie.

Istud opusculum utrum typis unquam mandatum sit ignoramus, sed tamen lithographice productum fuit in lucem anno 1823 sub revisione Ecclesiastica R. P. Honorii a S. Teresia O. N. ad hoc deputati ab Archiepiscopo Genuensi, et professoris tunc temporis theologiae dogmaticae in Regia Universitate, et postea Praepositi generalis N. S. congregationis. Hujus opellae lithographice editae exemplar adhuc extat apud actualem Priorem N. conventus Savonensis P. F. Placidum a S. Corde Mariae.

Opus est valde eruditum et si publici juris foret, magni emolumenti esset scriptoribus rerum in Indiis antiquitus gestarum.

Genuae electus fuit praefectus bibliothecae quae nomen sortita est a D. Berio, qui eam fundaverat; cum munus hujusmodi difficilime ut Religiosus exercere posset, ad Clerum saecularem auctoritate apostolica transivit, et anno aetatis suae sexagesimo sexto extremum diem obiit anno 1831, Genuae apud suos confratres in N. conventu S. Annae.

Ex notitiis collectis a N. Religiosis genuensi, Provinciae.

(2) Victor a S. Jacobo Belga

Bruxellis ortus est et sortitus est nomen Jacobi de Koster, in bruxellensi coenobio inter laicos conversos professionem emisit 4 decembris anno 1681; Gandae vero apopletico morbo correptus animam exhalavit anno 1723, aet. suae 75, et prof. 42. In arte sculptoria praestantissimus evasit, et fere omnes nostras ecclesias ac coenobia in Belgio operibus suis exornavit. Altare quoque Confluentiae in Borussia, ait Necrologus Gandensis, immortalem viri famam exaltat, quod dum extruebat serenissimi electoris Palatini amicitiam obtinuit. Non minus bonus Religiosus, quam insignis artifex, animam suam virtutibus eximiis decoravit, quippe qui in oratione ac lectione spirituali assiduus, tempus liberum terebat, nec infructuosum sinebat elabi. Testante eodem Necrologo conscripsit.

1. *Pios quosdam tractatus.*
2. *Cantica spiritualia* (non pauca)
3. *Compilationem de Sanctorum gestis.*

4. *Compendium annalium sacrorum* (praecipue belgicorum).

Ambigimus utrum aliquem ex his libris praelo autor aut alius dederit.

Ex notitia habita a R. P. Thoma. Michaele defin. prov. Belgii.

(3) Victorius a . Joanne Baptista Genuensis

Hic alumnus provinciae N. Longobardicae antea vocatus Vincentius Pizzardo 1828 Savonae ad vitam ingressus est, ibidem linguae latinae rudimenta et amaeniores litteras didicit. Ferrariae ordini nostro nomen dedit anno 1844, et anno elapso solemnibus votis Deo se obstrinxit. Plura in Religione exercuit ministeria.

Typis nonnulla dedit, quorum tituli hic exprimuntur. Videlicet:

1. *Saggio di poesie Religiose.*

Piacenza 1869. Tipog. Solari.

2. *Discorso in commendazione dell' Opera della S. Infanzia.*

3. *Discorso sopra la necessità ed utilità delle associazioni Cattoliche.*

4. *Discorso sopra l'autorità suprema ed infallibile del Romano Pontefice.* — Lettera ad un amico.

Piacenza 1870.

5. *Discorsi della grande Unità Religiosa che preparano i tempi presenti, e di ciò che si debba far per affrettarla.*

Piacenza Tip. Bertola 1879.

6. *Dimostrazioni della Divinità della Religione Cattolica.* — Conversazione tra un incredulo ed un vecchio Curato.

Tip. Tedeschi di Piacenza 1879.

Ex relatione Patrum provinciae Longobardicae.

Ultimis vitae suae annis, sic Deo permittente, multis et diris conscientiae suae scrupulis et anxietatibus afflictabatur, ita ut etiam mentis alienatione correptus, cum elleborosis vitam satis miseram ducere debuerit.

Tandem ibidem in pubblico nosocomio diem supremum egit hoc anno 1884.

CATHALOGUS ILLUSTRIORUM PRÆSULUM

EX ORDINE

CARMELITICO-THERESIANO ASSUMPTORUM

N. B. *Qui notantur asterisco et lineolis lateralibus, adjuncti fuerunt ab Auctore Supplementi, quia deerant in Indice P. Bartholomaei a S. Angelo.*

(1) Aloysius seu Ludovicus a S. Theresia

« Anno 1809 natus est Piscaliae Lucensis dioecesis oppidi ex « patre Tiburtio Mart'ni, professionemque religiosam in provincia « Romana anno 1828 emisit. Postea vitam apostolicam in mis- « sionibus Malabaricis anno 1835 aggressus est. Electus est in « Episcopum Europi prope Euphratem in part. infid. anno 1839, « et inde ad sedem Cyrrensem (Cirra) 1845 translatus. Conse- « cratus fuit ab Illmo et Rev.^{mo} D. D. Francisco Xaverio Archie- « piscopo Sardiae 1839, et illi datus fuit in coadiutorem; rediit « Europam anno 1852, et post annos septem resignavit vicaria- « tum apostolicum, ad quem provectus fuerat. Iam a plurimis « annis, ut infirmae valetudini prospiceret, vitam suam Polvani « in Thuscia in exercitio virtutum ducebat, sed anno 1883 12 « iulii in osculo Domini vitam finivit in N. novitiatu Aretii « dierum et meritorum dives.

(2) Aloysius Maria a Iesu Novariensis

« Provinciae Romanae alumnus. A Pio VI episcopus Usolensis, « et vicarius apostolicus in N. Missionibus malabaricis electus « est. Natus fuerat in oppido Muri Scopae dioecesis Novarien- « sis. Vixit annis 58, et in religione 40 annos cum virtute « transegit. Obiit Verapoli in Malabaria anno 1800. In sae- « culo vocabatur Aloysius Pianazzi.

(3) Aloysius, vel Ludovicus M. a S. Theresia

« Assumptus fuit ad episcopalem sedem Calamà in Africa in « partibus infidelium, et Vicarii Apostolici munere decoratus « in Nostris Missionibus malabaricis. Natus erat anno 1795 ex « familia Fortini, et anno 1816 Nostris cooptatus in Provin- « cia Romana, vota solemnia dixit in novitiatu S. Mariae de « Scala Urbis. Mortuus est Bombayni 1847.

(4) Andreas a S. Teresia Lusitanus

Hispanicae congregationis, natione Lusitanus, etc.
(Vid. superius in collect art. prop.)

(5) Angelinus a S. Ioseph

« Episcopus Anthedon provinciae N. Austriacae alumnus, vi- « carius apostolicus Mogoris, in saeculo Ioseph Iacobus Gri- « snelayr natus Salisburgi in Tirolo die 29 iulii anno 1744 « professus die 10 augusti 1761; obdormivit in Domino anno « salutis 1786 in mare indico, dum in navi Lusitana Bombay- « num repetebat. Vir apprime probus et religionis zelotes, « partes optimi Missionarii Apostolici in Bombaino adimple- verat.

V. P. Paullinum in sua Indis Christiana.

(6) Angelus a S. Teresia

Ad episcopatum Lymirensem in Malabariae ditione assumptus fuit. — Ad superos avolavit, Verapoli anno redemptionis nostrae 1720. « Tanto sanctitatis odore refertus, ut ad Eius « Tumulum miracula patrata referuntur, et ab ipsis idololatris « honoretur: unde ad illius canonizationis viam, et examen « aperiri refertur ».

(7) Angelus — Franciscus a S. Teresia Pedemontanus

Ex nobili familia de Violotis natus anno 1650; in civitate Montis - Regalis (in dit. Pedemont.) Metelopolitanus episcopus atque apud Malabares vicarius apostolicus. Consecratus est 22 maii 1701. Animam suam praetiosiorem non faciens ovium salute, schysmaticos, et haereticos homines non pertimuit. Dedit ei Dominus gratiam invenire, non modo apud infideles, sed

etiam apud Haereticos. Praenuntiato mortis suae die, placidissime in Domino obdormivit Verapoli anno 1712 die 17 octobris non sine magna sanctitatis opinione.

(V. supplementum scriptorum in proprio articulo).

(8) Antonius a Spiritu Sancto Lusitanus

Hispanicae Congregationis, natione Lusitanus Episcopus Angolensis in Aethiopia Superiori etc. Obiit 27 ianuar. ann. 1674 et ap. suos in civit. Landana, sepultus.

(Vid. supr. in collect. art. prop.)

(9) Anselmus a S. Aloysio Gonzaga

« Natione Italus, natus est apud Pratum dioecesis Pistoriensis, « die 17 septembris anno 1817, in saeculo vocabatur Franci- « scus Fauli. In nostra Etruriae Provincia habitum Teresia- « num induit, assumpto nomine Anselmi a S. Aloysio, et pe- « racto novitiatu vota religiosa dixit, die 19 septembris 1841. « Fuit in S. Theologia praelector. In capitulo provinciali electus « est definitor, quo munere functus, ad administrandam totam « provinciam evectus, tandem definitorio generali adscriptus « est; in omni praelatura disciplinam regularem promovit, pru- « dentia in agendis excelluit.

« Factus a S. D. N. Pio IX episcopus Grossetanus in « concistorio diei 22 februarii 1867 Dominica 4 quadragesimae « Romae plenitudinem sacerdotii accepit. In episcopali digni- « tate positus, maxima fuit ei cura suum populum in re- « cta via salutis ponere, eumque a pravis moribus et do « ctrinis purgare, ecclesiastica fortitudine praecinctus, zelavit « honorem Domus Dei, suum officium exequens ad gloriam « divinam Fideique incrementum. Animarum profectum procu- « ravit, tam poenitentiae Sacramenti administratione, quam « verbi Dei dispensatione. Curarum mole, et laboribus obrutus, « die 28 ianuarii aegrotavit ad mortem, et post paucos dies « placidissime obdormivit in Domino apud Pratum die 31 ianua- « rii 1876.

« (Vide eius elogium inter scriptores N. in supplemento art. prop.) ».

(10) Bernardinus a S. Agnete

« Episcopus Tanensis, coadiutor vicarii apostolici malabarici « ex N. provincia Neapolitana, ortum habuit Neapoli 1 iulii 1804; « vocabatur in saeculo Philippus Pontanova filius Laurentii, « vota solemnia dixit anno 1828 21 ianuarii. Spiritum Deo « piissime reddidit Romae 1853.

(11) Bernardinus a S. Theresia

« Archiepiscopus Pharsaliensis, vicarius apostolicus Verapolitanus ex N. Provincia Romana, olim episcopus Eracleae, in « saeculo vocatus Ioseph Baccinelli, Romae ortus die 5 martii « 1807. Professionem emisit die 8 decembris 1824. Ad orien« tales missiones vocatus, et non multos post annos admini« strator, ac deinde Vicar. apostol. Verapolitanae Missionis « designatus, ad rectam iuventutis institutionem, et cleri re« formationem se totum dicavit. Ad hunc finem assequendum « Religiosos Tertii Ordinis Carmelitarum discalceatorum co« munem ac regularem vitam viventes in illis plagis, propagavit. « Regularis observantiae studiosissimus, in Divinam Euchari« stiam ac Beatissimam Virginem pietate et amore fervens, ab« hac vita ad laetantium consortium transivit Verapoly, die 5 « septembris 1867 ».

(12) Bernardus a Spiritu Sancto Hispanus

Hispanicae Congregationis, natus Gamillae in Castilia-Veteri (Dioeces. Santanderiensi) die 21 maii anno 1759. — A Pio VII Pontif. Max. creatus episcopus de Soñora in indiis occidentalibus hispaniae die 14 aprilis anno domini 1817 et ab eodem declaratus primus archiepiscopus eiusd. sedis anno 1821.

(13) Bernardus a S. Teresia Gallus

In saeculo Du-Val, ab Urbano VIII. Pontif. Max. Episcopus Babylonensis, anno 1638 constitutus etc.

(Vid supr. in collect. scrip. art. prop.).

(14) Bernardus — Maria a Jesu Siculus

Panormitanus. Oeae primum (in Africa) titularis episcopus a summo Pontifice Benedicto XIII creatus anno 1729: postea ad ecclesiam Lyparitanam (in Sicilia) a Clemente XII translatus, anno 1733. — Obiit anno. —

(15) Carolus a S. Conrado

« Ad episcopalem dignitatem evectus est anno 1773, post-
« quam ab anno 1764 jam munus impleverat coadjutoris vi-
« carii apostolici in ora Malabarensi. Titulo insignitus episcopi
« Calamensis in part-Infid. translatus est Bombaynum. Ibi
« meritis et virtutibus dives, moribus suavis, candidus animo,
« zelo fidei et promovendae ecclesiasticae disciplinae ardore
« praestantissimus bonus Christi odor fuit; prius titulo com-
« missarii apostolici vicariatum Malabaricum rexit, et postea
« Mogolitanum administravit usque ad annum 1785, in quo 6. Ja-
« nuarii cessit e vita. Erat provinciae Romanae alumnus,
« et Tridentinae civitatis filius.

V. P. Paulinum in India Christiana.

(16) Carolus - Franciscus a S. Joanne a Cruce Pedemontanus

Pedemontanus, ex familia Vasco. Ad episcopatum Albensem (in ducatu Montis Ferrati) promotus fuit a Benedicto XIII etc.

(Vid. sup. in collect. scrip. art. prop.).

(17) Carolus Hiacynthus a S. Elia

« Episcopus Miryophitanus et vicarius apostolicus Quilonensis
« ex N. provincia Genuensi, frater Germanus Illmi et Rmi D.
« Josephi Valerga Patriarchae latini Jerosolimitani, natus est
« fortuito in oppido Cerialis prope Lodanum Dioecesis Albin-
« ganensis die 9 julii 1818, et in Baptismate nomen Em-
« manuelis accepit. Ad vitam aeternam cum fama sanctitatis
« transivit in Indiis orientalibus anno 1864 in vigilia Nati-
« vitatis D. N. Jesu Christi.

V. supplementum Scriptorum art. prop.

(18) Clemens a S. Theresia

« In saeculo Bernardus, filius Aloysii Manzini et Bernardinae « Rossi iugalium. Ortum habuit in Oppido Saxelli Dioecesis « Aquensis die 24 augusti 1803, in ordine nostro professionem emisit Taurini die 24 octobris 1822. In sua provincia « omnia fere gessit officia, postea ad supremam ordinis nostri « praelaturam evectus est. Antequam ad generalatum evehe- « retur, in ecclesia nostra S. Theresiae Augustae Taurinorum « parochi ministerium multis annis exercuerat. A. S. M. D. « N. Pii IX ad episcopatum Cuneensem in Pedemontio elevatus « est. Vixit piissime, multa relinquens exempla fortitudinis « animi, prudentiae et religionis. Litteras pastorales, monita, « et decreta in suo munere episcopali, quae dari solent ab « episcopis, ad bonum et emolumentum sui gregis indefesse « dedit. Tandem meritis laboribusque onustus, ad coelestem « patriam evolavit in conventu nostro S. Caroli Genuae 1865, « die 21 martii.

V. Cathalogum praepositorum generalium, et etiam supplementum scriptorum art. prop.

(19) Constantius a S. Ludovico Pedemontanus

Taurinensis. A Victorio Amadeo Sabaudiae Duce cujus morum candore, religiosis virtutibus, prudentiae ac doctrinae laude gratiam inierat, jam diù Eius Theologus, honorifice postulatus est archiepiscopus Turritanus (in Sardinia). Obiit in sua sede archiepiscopali anno 1729, 19 maii.

(20) Cornelius a S. Joseph Mediolanensis

Mediolanensis ex familia Reina natus die 7 septembris, anno 1709.

In patrio caenobio Teresianam induit vestem die 16 maii, anno 17-9, et anno seq. 1730 solemnia vota dixit. A Benedicto XIV. Pontif. Maximo creatus archiepiscopus Haspahanensis in Perside die 2 octobris, anno 1758.

Mediolani obdormivit in Domino, mens. Maii anno 1797, aetat. suae fere 88.

(21) Daniel a S. Carolo

A Clemente XI. Pontif. Max. creatus archiepiscopus Seleuciae et Vicarius Apostolicus Smyrnensis.

Obiit, anno....

(22) David a S. Carolo Syrus

Aleppi in Syria natus ex Davide parente schismatico, sed tandem catholico, archiepiscopus Cyrenensis electus, et consecratus fuit. — Fuit etiam legatus ad Constantinopolitanos et smirnenses, et Romae etiam linguas orientales docuit.

Obiit apud Smyrnam e Jonice Urbem, anno 1725, 16 aprilis Smyrnensis ecclesiae administrator, et Vicarius Apostolicus.

(23) Dimas a Cruce Etruscus

In saeculo Jacobus Tonellus natione Tuscus, professus in Coenobio nostro Romano S. Mariae de Scala, anno 1610. Urbanus VIII. Pontif. Max. Eum anno 1634. Babyloniae Chaldaeorum episcopum nominavit, et illı pontificalia misit ornamenta, quae Dimas simul et episcopalem honorem constantissime recusavit, et ad summum Pontificem remisit.

Cum fama sanctitatis obiit Aspahami anno 1639, die 23 decembris, etc.

(Vid. superius collect. script. art. propr.).

(24) Dionysius a Spinea Corona Belga

Eumdem Babylonensem episcopatum firmissime recusavit noster Dionysius a Spinea Corona natione Belga, qui majorem ferme vitae partem insumpsit ad Caldaeos, Armenos, Mauros, Ethnicos, Gauros, et cujusvis generis infideles ad ecclesiae gremium reducendos, in itineribus plurimis, in periculis abundanter: Decus persicae missionis, non immerito a Francisco Picquet Babyloniae Episcopo nuncupatus.

Ad Coelestem patriam transiit etiam Iste Aspahami anno Christi 1661.

(25) Dominicus Franciscus Joseph a S. Theresia

« Archiepiscopus Corcyrensis, Vic. Apost. Verapolitanus Prov.
« Hibern. vocabatur in saeculo Franciscus Joseph Nicholsor
« natus Dublini 1803. Extremum diem clausit in Anglia 1855
« Mense Junio.

(26) Elias a S. Alberto Montensis

Montibus in Hannonia natus anno Redemptionis nostrae 1643.

Mathematicis studiis, ac medicis facultatibus, nec-non multiplici linguarum peritia, sed in primis summa virtutum laude clarus, ab Innocentio XII, in archiepiscopum Aspahanensem creatus est.

Ab Antuerpiae proceribus in pastorem postulatus, commodiori, ac fulgentiori dignitate praehabuit priorem sponsam eamque pauperculam, et exagitatam, cujus rebus nullis vitae incommodis territus consulere non destitit. Aere communi Catholicae Religionis in Europam veniens, summates ejusdem viros in sui trahit amorem, ac venerationem. Demum obiit Soteropoli, anno domini 1708, 3 Nov. non sine sanctimoniae fama, quam signis et prodigiis Deus manifestavit.

(27) Emmanuel a S. Alberto Gallus

Natione Gallus. A Benedicto XIV. Pontif. Max. creatus episcopus Babylonensis, et Vicarius Apostolicus in Perside, et consecratus in urbe Melitensi, in nostra ecclesia anno 1750.

Eodem anno declaratus fuit a christianissimo Galliarum rege consul primus nationis Francicae in illis regionibus. — Obiit anno 1773 consumptus peste, victima charitatis. « Habuit
« fratrem Germanum, nomine Simphorianum a S. Andrea, qui
« ad supremam Italicae congregationis praefecturam evectus
« fuit, anno 1740; die 7 maii; et Vesuntione decessit die 9 fe-
« bruar. anno 1775 aetat. 86. 11.

(28) Emmanuel a S. Catharina Lusitanus

Natus Bracharae (in Lusitania), die 16 februarii anno domini 1726, episcopus primum Coccinensis in indiis orientalibus

Portugalliae; et postea a Pio VI. Summo Pontifice ad sedem archiepiscopalem Goanensem (Goa), in ipsis Indiis traslat. die 18 julii anno 1783.

Obiit anno....

(29) Ferdinandus a S. Maria

« Natus est in oppido S. Viti Cadoris in dioecesi Belluni 31
« augusti 1843, ingressus ordinem nostrum in provincia Ve-
« neta anno 1859 vota simplicia, et postea anno 1862 solen-
« nia pronuntiavit. Post aliquot annos montem Carmelum in
« Syria petiit, ibique anno 1867 sub titulo Vicarii conventus
« illius gubernationem ex mandato P. N. Praepositi generalis
« assumpsit, et usque ad annum 1871 egregie gessit. Cujus
« prudentiam, dexteritatem, et idoneitatem commendans S.
« Congregatio de Propaganda Fide eum elegit anno 1879 in
« nostrarum missionum Syriae praefectum apostolicum, et hoc
« anno 1883 die 4 martii ex audientia Leonis XIII Pontificis
« Maximi deputatus fuit ut administrator Apostolicus Vicariatus
« nostri Quilonensis in Indiis orientalibus, decoratus quoque
« episcopali caractere — cum titulo in partibus episcopi Mas-
« siminianapolitani, quae est sedes in Palestina, sub Metropoli
« Scitopoli in patriarchatu Hierosolimitano — Bullas suae ele-
« ctionis habuit octavo die mensis junii hujus anni 1883.
« Consecrationis oleo solemniter perunctus est Venetiis mense
« praeterito septembris, et initio hujus mensis octobris, ab
« illa urbe discessit missiones nostras orientales versus, comi-
« tantibus eum sex novis missionariis ordinis nostri.

(30) Florentius a Jesu Nazareno Polonus

Natione polonus, anno 1748. Sacratus est episcopus, et Joannis-Baptistae a S. Teresia (Januensis) episcopi Limyrensis, et Apostolici Vicarii Verapolitani coadjutor in Malabaria prope Cochinum ad oram littoralem Oceani indici, extra Gangem fluvium, ubi mensam pecuniariam possident Batavi. Ipse erexit Verapoly seminarium.

Obdormivit in D.no Verapoli anno 1773 die 26 julii.

(Vid. De Wiliers Tom II, suae biblioth. Carmelit. pag. 909 Lit. F. N. IV.).

(31) Franciscus a S. Maria Lusitanus

Hispanicae congregationis, natione Lusitanus. Ab Innocentio XI. Romano Pontifice creatus episcopus Angolensis in Aetiopia superiori, sed invicta humilitate renuntiavit.

(32) Franciscus Salesius a Matre Dolorosa

« Episcopus Germanicensis, et Vicarius Apostolicus in Mala-
« baria, in saeculo Franciscus Eustachius Federt Monacensis,
« natus 13 septembris 1732, professus die 9 aprilis 1753 in
« N. Bavarica provincia. Abiit ad immortales anno 1787 dum
« in monte Carmeli Siriae morabatur.

V. Supplementum scriptorum art. prop.

(33) Franciscus Xaverius a S. Anna

« Alumnus provinciae Januensis archiepiscopus Sardiae, ac
« Vicarius Apostolicus provinciae Malabarensis ortus est in
« oppido Celle, prope Savonam, ex Josepho Pescetto ed Hie-
« royma Biale. Professione emissa anno 1790, ac Philoso-
« phiae et theologiae studiis maxima cum laude expletis, ad
« orientales missiones se totum dicavit. Primum in missione
« Sunchery prope Bombay magnis exantlatis laboribus multa
« dira perpessus est, demum missioni Verapolitanae uti Vi-
« carius Apostolicus designatus est. Ibi invicti animi, summae
« doctrinae, prudentiae, ac ferventissimi zeli non levia argu-
« menta praebens, non solum christianis sed et ethnicis ipsis
« in magna aestimatione fuit, ita ut etiam hodiedum non nisi
« *magni archiepiscopi* nomine eum comuniter appellare so-
« leant (1). A Brahamanis propter eius scientiam ac vitae
« regularitatem magni habitus, saepe cum ipsis disputationes
« habuit, de quibus nec non de missionis negotiis inedita do-
« cumenta reliquit. Obiit Verapoly die 7 decembris anno 1844.

V. Supplementum Collectionis scrip. artic. prop.

(34) Fridericus a S. Joseph

« Filius Caroli Felicis Mascaretti anno 1824 natus in Valle-
« Tidonis dioecesi Placentiae in oppido Pianelli, professionem

(1) Hoc est elogium quo indigerae eum honorant adhuc idiomate proprio: *Valia Metropolita achen idest Magnus Dominus Archiepiscopus.*

« religiosam fecit in provincia Longobardica apud nostros
« Carmelitas excalceatos anno 1845; prioris et provincialis in
« sua provincia cum laude officia obivit, studiis praefuit, et
« optime suos consodales edocuit. Anno 1872 a Pio Papa IX
« creatus fuit episcopus Segusii in Pedemontio, ubi sex cir-
« citer annos ecclesiam illam administravit, et inde salutis
« causa eam dimisit, obtenta a S. Sede necessaria facultate. —
« Regressus ad suos religiosos vitam monasticam denuo ducere
« voluit, et adhuc perseverat, adjuvando in ministerio episco-
« pali Praesules suae provinciae limitrophos.

(35) Henricus a S. Francisco Pedemontanus

Pedemontanus ex illustri familia De-Provana-de Leuni. Post vigintiseptem annos cum pietate transactos in nostra Italica congregatione, episcopus Niciensis (Italice Nizza), a serenissimo Victore Amedeo II est renuntiatus, et a Clemente X. Pontif. Max. confirmatus, sacrum episcopale Munus auspicatur anno Domini 1672.

Capta a Gallis urbe Niciensi Lutetiam Parisiorum advenit, sacramentum Fidelitatis inter manus christianissimi Galliarum regis daturus anno 1691.

Rebus pacatis, ecclesiam cathedralem exornavit, Ara Majori e marmore constructa. Fratres suos carmelit. discalceat. (anno 1674) in eam induxit ecclesiam, cui nomen Beatae Mariae de Laghetto, in qua prius rem divinam faciebant praesbyteri saeculares. Ad superos evolavit anno 1706 die 29 novembris, seminario episcopali bonorum suorum Haerede constituto.

(36) Ildephonsus a S. Joanne Baptista

« Natus in oppido dioecesis Taurinensis anno 1819 patre
« Joanne Baptista Borgna ingressus est ordinem nostrum in
« provincia pedemontana, et solemnia vota noncupavit anno
« 1838. Missionarii munus exercens in ora Malabarica creatus
« est episcopus Amizonensis in partibus infidelium, et desi-
« gnatus Vicarius Apostolicus in Quilonensi districtu, ubi
« usque adhuc in vinea Christi adlaborare non cessat.

(37) Innocentius a S. Leopoldo Austriacus

Natione Germanus, viennensis provinciae (in Austria) alumnus, E.mi et R.mi Leopoldi Cardinalis Collonitz (anno 1707 defuncti) Frater.

Fundato coenobio Neustandensi, sacris apud infideles missionibus totus mancipatus, infulam episcopalem postquam saepius recusasset acceptavit tamen, ut suffraganeus sacraretur R.mi Io: Baptistae Lymirensis Episcopi. Obdormivit in Domino Verapoli apud Malabares anno 1735 30 ottobris.

(38) Innocentius a praesentatione B. V. Germanus

Natione pariter Germanus dioecesis Trevirensis et Coloniensis provinciae alumnus, creatus episcopus Aureliopolitanus, et postea vicarius apostolicus Bombayensis. Dira et longa perpessus est apud Indos. Dum Candahorae in imperio Mogolitano moraretur, ter traductus fuit ad tribunal coram infidelium iudice. Primo damnatus, ut horrendis huius regionis ardoribus solis usque ad mortem exponeretur: secundo, ut fame et siti oppressus, obiret: Tertio ut capitis damnationem subiret. Sed precibus et auxiliis christianorum quos instructionibus et sanctae vitae exemplis ad christianam religionem converterat, ceu miraculose incolumis evasit.

Decessit anno 1735.

(39) Ioannes Baptista a S. Teresia Ianuensis

Natus est Alaxii in ora occidua Liguriae ex nobili familia Multedo aut Morteo anno 1674, et professus est in N. provincia Genuensi. Limiri in Lycia episcopus institutus est, atque vicarius apostolicus Verapolitanus in regno malabarico, prope Cochin ad oram litoralem oceani Indici, extra Gangem Fluvium. Obiit Verapoli anno 1750 die 6 aprilis, 76 annos natus et 34 post acceptum episcopatum. « Ipse Ioannes Baptista tres « in italica congregatione fratres habuit, quorum unus nomine « Ioannes Bernardus a S. Hieronymo, fuit praepositus gene- « ralis anno 1725. Alter nomine Bonaventura qui obiit, Ro- « mae definitor generalis anno 1717 ».

(De Wiliers, pag. 933 N. 23).

(40) Ioannes-Antonius a S. Bernardo Florentinus

In saeculo Bernardus Caietanus nuncupatus, ex nobilibus parentibus Marchione Donato-Maria Guadagni, et Marchionissa Lucretia Corsini (quae soror erat. cardinal. Laurentii Corsini postea Clemens XII) natus Florentiae die 14 septembris anno Domini 1674. Canonicatum habuit in insigni huius civitatis Metropoli usque ad annum 1700, quo apud Carmelitas Discalceatos, pio stratagemmate aufugiens professionem emisit solemnem die undecima novembr. an. 1701. Litteris postea, disciplinisque Philosophiae ac Theologiae apprime instructus, coenobium S. Pauli Florentinum prior gubernavit; suae provinciae Thuscae Praefectura laudabiliter gesta, creatus est a Benedicto XIII. Episcopus Aretinus in Etruria, et consequenter Sacri Romani Imperii Princeps, et Comes de Cesa in secretiori concistorio renuntiatus die 20 decembris anno 1724. Munus consecrationis die 31 eiusdem mensis, ipso praesente Summo Pontifice, accepit in nostra ecclesia S. Mariae de Scala per manus E.mi Laurentii Cardinalis Corsini, avunculi sui, assistentibus Archiepiscopo Larissaeo, et Episcopo Pisaurensi. Postera die, scilicet prima ianuarii 1725 Pontificii throni praesul denuntiatus fuit.

Clemente XII ad sedem apostolicam electo Ioannes-Antonius Romam die 25 octobris 1730 pervenit, et eius in gratiam is pontifex suus avunculus ecclesiam Aretinam dignitate Archiepiscopali auxit, et ideo pallium e manibus eiusdem Pontificis in secretiori capella Palatii Quirinalis die 26 novembris accepit cum Bulla, quam eodem anno pubblicam fecit Ioannes Antonius in Synodo Aretina ab eo celebrata.

Patrum in collegium Purpuratorum adscitus fuit die 24 septembris anno 1731. Quam ob promotionem Aretio Romam iterum advenit die 7 novembris vespere, et die undecima solemnem pubblicumque ingressum egit per portam populi numeroso et honorifico comitatu decoratus, in Quirinale Palatium recta perrexit ad audientiam summi pontificis.

Die 22 eiusdem mensis consuetas inter coeremonias in pubblico concistorio rubrum accepit pileum. Die 17 decembris in secretiori concistorio de illius ore claudendo, et aperiendo

ritum servavit pontifex maximus, huncque titulum assignavit S. Martini in Montibus, cuius possessionem palam ingressus est ad dictam ecclesiam S. Martini, die 30 eiusdem decembris. Tum designatus fuit ad congregationes episcop. et regular. de immunitate, de disciplina regulari, de sacr. rit. atque de S. Officio, nec non de Concilio Tridentino simulque protector ordinum Vallis-Umbrosae, Scholae-Piae PP. doctrinae christianae fratrum S. Ioannis de Deo etc.

Anno 1732 die 28 februarii declaratus etiam fuit Vicarius Generalis Romae, et districtus eius dispensatione accepta tenoris cuiusdam vetustae Bullae, secundum quam id munus viro tantum Status Ecclesiastici nato, nusquam regulari conferri potest. Attamen cum huius vicariatus munia impedirent eum in Aretina sede remanere, eam renuntiavit mense novembris eiusd. anni 1732 servata pensione scutorum duodecies centenorum.

Obiit Romae cum maxima sanctitatis fama die 15 ianuarii anno reparatae salutis 1759 aetatis suae anno 84 M. 4 D. 1.

(Vid. supplementum dictionarii Moreriani 1739, tom. I pag. 87 nec non Lucas-Ioseph Cerracchinus in fastis theologicis universitatis Florentinae, pag. 677).

(41) Joannes - Antonius a Spiritu Sancto Hispanus

Hispanicae congregationis natus in Oppido Langran dioecesis Calaguritanae, die 30 novembris anno Domini 1745 a Pio VI Romano Pontifice creatus fuit episcopus (*) de Benecuela sive S. Jacobi in indiis occidentalibus Hispaniae die 14 septembris 1792. Ibi obiit circa annum 1806.

(42) Joannes Dominicus a SS. Trinitate

« Decima quinta junii 1755 electus fuit episcopus Asuritanus,
« et in regno Mogoritano nostrarum missionum Vicarius Apo-
« stolicus dictus est. Nihil aliud de ipso habemus. — Obiit
« Caroarii.

V. P. Paulinum in sua India Christ.

(*) Pius VII Pontifice Max. anno 1808 die 11 januarii erexit hanc sedem in archiepiscopatum.

(43) Joannes - Franciscus a S. Teresia

« Episcopus Aureliopolitanus et Vicarius Apostolicus Bombay « praeconizatus anno 1843, in saeculo Gulielmus Wheeland « filius Gulielmi, natus erat Dublini 12 julii 1798. In pro- « vincia Hiberniae professionem solemnem emiserat die 4 « octobris 1817. Pluries Bombaynum petiit, sed tandem In- « diam relinquens resignavit munus Apostolici Vicariatus « anno 1850. Vixit apud nostros Dublini, et ibidem vitae suae « attigit finem 1876 mense decembris.

(44) Joannes M. a S. Thoma

« Provinciae N. Longobardicae, Papiae natus 26 septembris « 1726 ex Josepho Antonio Albertini; fuit Vicarius Aposto- « licus Malabariae; titulo gaudebat episcopi Castoriensis, atta- « men mortuus est antequam consecrationem episcopalem re- « ciperet. — Obiit Madrassi apud PP. capucinos anno 1784.

(45) Ioannes - Tadaeus a S. Eliseo

In saeculo dictus Ioannes Boldames, ab Urbano VIII Romano Pontifice primus Aspahamensis archiepiscopus creatus est.

Obiit prope Ilerdam in Hispania, anno 1634.

(V. supr. in collect. scriptorum).

(46) Ioseph a S. Maria Romanus

Vocatus in saeculo Hieronymus de Sebastianis, ortus Caprarolae, in provincia patrimonii S. Petri, anno 1620. Episcopus Typhernatensis etc.

(V. supr. in collect. script, et De Wiliers, Iom II pag. 950 Lit. J., num. 76).

(47) Ioseph a Puero Iesu

« Hic fuit missionarius et episcopus, et Vicarius Apostolicus « in Maragpan sed nil aliud de illo ex nostris accepimus.

(48) Ioseph a Solitudine Lusitanus

Hispanicae congregationis, natione Lusitanus natus in Dioeces. Aveyrensis (in Oppido dicto Salren), die 2 augusti, **anno**

Domini 1740. A Pio VI Pontifice Max. creatus episcopus Coccinensis, in Indiis orientalibus Portugalliae, die 18 julii anno 1783.

Ibi obiit, anno salutis 1817.

(49) Ioseph - Antonius a S. Alberto Hispanus

Hispanicae congregationis, natus in Oppido (vulgo) Frasno, dioecesis Tarraconensis, die 17 februarii, anno 1727, electus episcopus Tucumanensis, sive Cordubensis in Indiis; et postea a Pio VI translat. ad sedem archiepiscopalem civitatis argenteae, seu de la Plata, in regno Peruviano, die 20 septembris, anno 1784.

In sua sede archiepiscopali sanctissime obiit anno 1801. (V. supr. in collect. script.).

(50) Leo a S. Paulo Ragusinus

Electus ad Raguseorum concivium preces ejus urbis archiepiscopus et recusans, cum audisset pontificem Maximum Paulum V. suae recusationi, et superiorum precibus inexorabilem esse, Deum enixe precatus est, ut se prius eriperet e vita, quam rapi sineret ad trepidam dignitatem. Voti compos effectus, Concives suos Apostolica ferentes mandata excepit cum jam morti proximus, laetus ad supernas jamjam sedes evocabatur.

Obdormivit in Domino Ianuae anno salutis nostrae 1609.

(51) Leonardus a S. Aloysio

« Carrucii in dioecesi Montis Regalis in subalpinis anno 1826
« ortum habuit, patre Iosepho Mellano. Pubertate in saeculo
« transacta, habitum nostrum induit Clarasci in N. pedemontana
« provincia et votis Deo totaliter se mancipavit anno salutis
« 1842. 28 novembris. — Apostolicam gradiens viam post
« aliquot annos ad orientales Indias peragravit, ut in vinea
« Domini ad conversionem infidelium incumberet. Anno 1868
« electus fuit episcopus Olimpii in partibus infidelium et postea
« ad Nicomediae sedem promotus pariter in infidelium parti-
« bus, gubernans tamen titulo Vicarii Apostolici nostram

« missionem Verapolitanam in Indiis. — Usque hodie in morta-
« libus agit, et fiduciam habemus illum in diuturnam sene-
« ctutem victurum.

(52) Marcellinus a S. Theresia

« In Liguriae occidentalis oppidulo vulgo Costa Raineria Al-
« bintimiliensis dioecesis ortum habuit anno 1829 patre Antonio
« Maria Berardi. Novitiatum Lodanensem provinciae Ianuensis
« ingressus, post annum tyrocinii, votis solutis an. 1846 to-
« tum Deo ac ordini nostro se mancipavit. Non adhuc theologiae
« studio emenso Genua discessit, ut aliis disciplinis Romae
« vacaret, et idoneum virum se praeberet missionibus apo-
« stolicis, quibus jam multis ab annis ardenter inhiabat. Di-
« gressus in oram malabaricam, officiis et operibus missiona-
« riorum toto corde vacabat, et brevi factum est quod idoneus
« verbi Dei minister lingua tamulica illud gentilibus aeque ac
« Christianis multo fervore praedicaret. Vir pari solertia, et
« doctrina praeditus, laboribus et aerumnis non parebat, ut
« animas Christo lucrifaceret; quod et adhuc sine intermis-
« sione infirma semper valetudine facit, quamvis addictus Vi-
« cario Apostolico Verapolitano in negotiis agendis illius mis-
« sionis, ut coadjutor in Vicariatu, electus episcopus Parii in
« part. Inf. anno 1877. Deus conservet eum ad majorem Dei
« gloriam, ad fidem propagandam et confirmandam in illis re-
« gionibus, et ad ordinis nostri decorem et augmentum.

V. Supplementum scriptorum art. prop.

(53) Maria - Ephrem a Corde Iesu

« Episcopus Nemesinus et Vicarius Apostolicus Mangalorensis,
« Aginni in Gallia ortum habuit die 18 novembris 1827 ex
« patre Ioanne-Baptista Garrelon. In saeculo Lucianus Gar-
« relon vocabatur. In provincia Aquitaniae habitum nostrum
« suscepit, et die 17 maii 1855, sacra vota nuncupavit. Epi-
« scopali est initiatus charectere die 24 septembris 1868. In
« vaticana aecumenica Synodo a SS. D. Pio IX coacta, coram
« Patribus concilii orationem pro pontificia infallibilitate ha-
« buit. Pie cessit e vita Mangalorae 10 aprilis 1873.

V. etiam in supplemento scriptorum suo articulo.

(54) Michael - Antonius a S. Aloysio Gonzaga

« Alumnus Romanae provinciae. Episcopus Mennith in partibus « infidelium, Vicarius Apostolicus Mangalorensis, natus est in « Civitate S. Romuli in ora occidua Liguriae, ex Antonio « Anfossi, die 31 octobris 1799. In nostro conventu de Scala « Urbis solemnem emisit professionem die 27 septembris 1816; « missioni Bombayensi primum addictus, ad missionem Man- « galorensem uti primus Vicarius Apostolicus demum tran- « slatus est. Per plurimos annos ad illius novae missionis « rectam dispositionem et incrementum, quae et quanta fecerit « non ita facile dictu est. Religiosae perfectionis studiosissi- « mus, anno 1871 aetatis ac debilitatis causa Mangaloritanae « missionis administrationi se subtrahens ad Quilonensem se- « cessit. Ubi bonis operibus dives cessit e vita in senectute « plena anno 1878, aetatis suae 81.

(55) Mauritius a S. Theresia

« Ferrariae ortum habuit anno 1777, professionem fecit 21 « decembris 1827; erat ex familia Stabilini. Assumptus est ad « episcopatum Diocliae in partibus Infid., et Vicarii Apostolici « Mangalorensis munere functus est; episcopatum resignavit, « et relictis missionibus Italiam rediit, et in conventu Fer- « rariae humilitatis amans, et religionis zelo fragrans ad su- « peros evolavit anno 1857 in senectute bona.

(56) Mauritius a S. Teresia Parmensis

E Patritio genere Baistrocchio ortus Parmae anno 1664. In Pelopponesum missus, Graecorum Gentem in fide ac moribus catholicis erudivit patienter ac sedulo, atque cum gaudio vidit non imparem laboribus Messem.

Anastasiopolitanus archiepiscopus creatus est, et Vicarii Apostolici titulo Mogoritani imperii insignitus fuit. Inter aerumnas plurimas, et varia vitae discrimina, a seditiosis hominibus ad necem quaesitus, depositum fideliter custodivit.

Piissime obiit Surratae die 24 februarii, anno Christi 1726.

(57) Nicolaus a S. Laurentio

« In oppido Scansani provinciae Senensis in Etruria ortum
« habuit sub nomine Archangeli Bianchini. Nostrum induit
« habitum et vota solemnia Domino reddidit in eadem N. pro-
« vincia 24 septembris anno 1705. Postquam sacris litteris
« magno animi ardore, et exitu felici vacasset, a regio illius
« nationis gubernio delectus fuit ad pubblice docendum in
« universitate Pisarum, eodemque tempore munus prioris, ac
« postea provincialis gessit. Tandem a Benedicto XIV, qui
« probe noverat sapientis et piissimi sacerdotis merita, ad re-
« gendam ecclesiam Soanae in dignitate episcopali anno 1746
« eum assumpsit; eamque prudenter ac sanctissime rexit
« usque ad annum 1750, quo piissime animam efflavit.

Ex litteris habitis a religiosis provinciae Etruriae.

(58) Paulus a S. Ioanne Chrysostomo Venetus

Venetus, ex per illustri familia De Ponte (*) natus die 11 junii anno 1709.

Nominatus a repub. Veneta archiepiscopus Corcyrensis et a Clemente XIII confirmatus die 5 augusti anno 1765, Postea a Clemente XIV Pont. Max. ad sedem Turcellensem (prope Venet.) retento titul. archiepiscop. translatus fuit die 13 septembris anno 1773.

Obiit in sua sede episcopali circa annum 1792.

(59) Petrus de Alcantara a S. Antonio

Mutinensis ex Patritia familia Ramazzini natus die 14 junii anno 1760. Eius progenitores fuerunt nobil. Vir Ioseph Ramazzini celebris doctor Physicus, et Margarita Cacciolari Carpensis (in ducat. Mutin.).

Solemnem emisit professionem in patrio Caenobio die 20 novembris anno 1781. A Pio VI. Romano Pontifice creatus episcopus Bombayensis die 31 martii anno 1794 et a successore Pio VII, institutus visitator apostolicus Ponticerii (Gallice Pondichery) anno 1817. — Vitam suam bonis operibus exornavit, et tandem sanctissime absolvit Bombaini anno 1840 aetat. 80.

(*) Ex ista familia De Ponte fuit Nicolaus Reipub. Venet. Dux an. 1578.

(60) Petrus de Alcantara a S. Teresia Longobardus

Longobardiae provinciae Alumnus, natus in Oppido Mediomerico dioeces. Novariensis electus episcopus Licapolitanus et Vicarius Malabariensis. — 12 aprilis 1704.

Decessit Surratae die 8 januarii anno 1708; aetatis suae 55.

(61) Petrus de Alcantara a SS. Trinitate Pedemontanus

Provinciae Pedemontanae electus archiepiscopus Anastasiopolitanus a Benedicto XIII, post mortem R.mi F. Mauritii a S. Teresia.

Obiit anno 1745.

(V. collect. script. art. prop. tom. 2.).

(62) Petrus Alexander a S. Margarita

« Episcopus Tiburtinus provinciae N. Longobardicae, praepo-
« situs generalis N. congregationis. Natus est Mediolani 9
« decembris 1739 ex familia Barli, et professionem emisit 26
« septembris 1756. Caetera quae ad illum spectant videantur
« in cathalogo scriptorum P. Bartholomei, artic. prop.

(63) Petrus - Paulus a S. Francisco

Consanguineus Innocentii XII (Pignatelli) summi Pontificis, natus Neapoli, anno Domini 1643 ex familia Palma. Mater vero ex illustri Dynastia Pignatelli. Primogenitus, et Haeres Aviti principatus, humana celsitudine conculcata, secreto inter carmelitas discalceatos iniit Tyrocinium, et postea solemni professione Deo totaliter se consecravit.

Ancyranus in Galatia archiepiscopus institutus est, et honorificis legationibus decoratus: Nam ad catholicum regem Hispaniarum legatus apostolicus, ad Augustum Imperatorem Leopoldum, et ad rempubblicam Venetam: Orator missus ad regem Persarum, magna et solemni pompa, qualem in regionibus catholicis conspicimus, Haspahanum ingressus, et ad mensam magnifici regis admissus.

Apud Surratam obiit vir iste Clarissimus, anno redemptionis nostrae 1701 4 Ian.

(64) Philippus - Maria a S. Augustino

Natus Massaliae Dioeces. Mediolanensis, anno 1688. Post annos plurimos probatissimae vitae et singularis doctrinae in missionibus orientalibus transactos, electus est archiepiscopus, et primates Haspahanensis. Obiit Giulphae (in Perside) die 13 augusti 1749.

(V. Necrolog. Longobardicae provinciae part. I. pag. 45).

(65) Raimundus Maria a S. Ioseph

« Anno 1839 sub nomine Moreno e Castaneda in oppido Gua-
« dalaxarae in Messico natus est; jam sacerdos, imo parochi
« titulo insignitus habitu nostro induitur et post annum tyro-
« cinii votis se Domino consecravit anno 1857. — Ad epi-
« scopatum Eumeniae in partibus infidelium anno 1873 assum-
« ptus, in inferiore Caliphornia ut Vicarius Apostolicus de-
« signatus fuit. Vir pietate insignis, et invictae virtutis,
« impiis hominibus totis viribus pro muro ecclesiae se fortiter
« posuit, multa in suo munere perpessus, et etiam exilio a
« perditis regni ministris mulctatus. Venit in Europam, Ita-
« liamque visit, et Romae multis honoribus cumulatus, dignus
« factus est ut a S. Pontifice Pio IX multum amaretur, et
« velut exemplum fortitudinis et patientiae commendaretur.
« Ab Urbe digressus, ut ab suam sedem remearet, ut suis
« filiis omni ope destitutis, eleemosinis consuleret, missionem
« suam per ephemerides catholicas litteris eloquentia, et fervore
« plenis commendavit. Anno 1879, 22 septembris Leo decimus
« tertius Summus Pontifex transtulit eum a sua prima sede Eu-
« meniae in part. Infir., et a Vicariatu Apostolico inferioris
« Caliphorniae, ad cathedralem ecclesiae Chiapas in Mexico.
« — Hoc anno 1883 Episcopalem sedem in Mexico dimisit,
« et in concistorio habito hoc mense Iulio a SS. Papa N.
« Leone XIII designatus fuit episcopus alterius Loci.

V. supplementum collectonis V. Raimundus etc.

(66) Raphael ab Immaculata Conceptione

« Natus est anno 1810 in Civitate S. Romuli in ora occidua
« Liguriae ex padre Carolo Schiappacasse, sortitus ex aqua
« lustrali nomen Benedicti. Decimum septimum annum aetatis

« attingens Genuae in nostro conventu S. Annae novitiatum « incoepit, ibique post annum sacra vota pronuntiavit; « Emensis studiis philosophicis ac theologicis juniores reli- « giosos sui ordinis philosophicas disciplinas edocuit per annos « circiter novem. — Saepius prioris, definitoris provincialis « officia gessit, et munus etiam moderatoris provinciae im- « plevit; quo in munere Pius Papa IX S. M. anno 1867 ad « regendam ecclesiam Balneoregiensem in patrimonio S. Petri « selegit, et quamquam invitum administrare coegit. Factus « episcopus ad sedem suam protinus perrexit, et eam curis « omnibus gubernavit. — In synodo vaticana adfuit cum om- « nibus patribus orbis christiani, et sententiam infallibilitatis « Romani pontificis omnibus viribus propugnavit. Hoc anno « 1884 octavo die januarii omnium cujuscumque conditionis « filiorum suorum moerore et lacrymis extremum diem obiit « Balneoregii, virtutum dives et meritorum, et omnibus relin- « quens prudentiae, charitatis, zeli honoris Dei, benevolentiae « in pauperes exempla multiplicia. Nomen suum in tota dioe- « cesi in benedictione est. — Post mortem ejus in ejus ho- « norem et memoriam multae in suis ecclesiis orationes fu- « nebres habitae sunt, et etiam typis mandatae. Auctor hujus « supplementi frater Germanus illius erat, et hoc scripsit in « argumentum amoris et moeroris.

(67) Sebastianus a Conceptione

Hispanicae congregationis natione Lusitanus ex nobili familia De Matamores, ob praeclara virtutum charismata, ad episcopatum Meliaporensem in indiis orientalibus intra Gangem institutus est etc.

(V. superius collect. script. Tom. 2.).

(68) Sebastianus a S. Margarita

Provinciae pedemontanae Alumnus. Post obitum R. Philippi. — M.ae a S. Augustino (V. art. prop. in collect. script. Tom. 2) a Benedicto XIV, creatus fuit archiepiscop. et primates Haspahanensis anno 1750. Fuit etiam vic. apostolicus Magni Mogoris vir plane apostolicus sua munia optime gessit, valde potens opere et sermone. Cessit e vita Bassorae in Arabia plenus meritorum anno 1756.

(69) **Victorius a S. Maria**

« Natione Gallus, alumnus tamen N. provinciae Romanae
« Magni Mogoris prius missionarius, postea Vicarius Apostoli-
« cus; electus est anno 1787, biennio post mense februario
« consecratus est episcopus Gabalensis. Diu moratus est in
« Malabaria, animam exhalavit Bombayni anno 1794.

V. P. Paulinum in sua India Christiana.

Praepositi Generales Italicae Congregationis

EX

SEQQ. PROVINCIIS ASSUMPTI



Ianuensis Provinciae.

1. Paulus-Simon a Iesu-Maria

Electus 1. Vice die 6 maii anno 1623. — 2. Vice die 5 maii anno 1632. — 3. Vice die 21 aprilis anno 1641. — Obiit Romae die 29 iulii anno 1643.

2. Bonaventura a S. Felice

Electus die prima maii anno 1710. — Obiit Romae 5 aprilis 1717.

3. Ioannes-Bernardus a S. Hieronymo

Electus die 21 aprilis anno 1725. — Obiit mense aprilis 1757.

4. Ioannes Nepomucenus a S. Aloysio

Electus in Capitulo generali Florentiae celebrato die 19 aprilis anno 1823.

Plenus dierum ac operum bonorum diem supremum clausit in N. conventu Lodani anno 1835.

5. Honorius a S. Theresia

Electus die 9 maii 1829. — Obiit Romae anno 1837.

6. Hieronymus M.ª a SS. Conceptione

Electus die 9 maii 1835. — Obiit S. Annae Genuae 10 decembris 1847.

7. Leopoldus a S. Hieronymo

Electus 23 aprilis 1844. — Obiit Vultrii anno 1860.

8. Natalis a S. Anna

Electus die 16 aprilis 1853. — Obiit Genuae in conv. S. Caroli anno 1868.

9. Hieronymus M.ª a SS. Conceptione

Electus die 21 octobris 1881. — In praesentiarum Congregationem nostram gubernat, quae nunc conventus omnes repraestinatos in Hispania complectitur.

Romanae Provinciae.

1. Ferdinandus a S. Maria

Electus 1. Vice die 2 maii anno 1605. — 2. Vice die 14 aprilis anno 1614. — 3. Vice die 5 maii anno 1629. — Obiit Romae die 23 martii an. 1631.

2. Petrus a Matre Dei

Electus primum a Clemente VIII, die 13 novembr. 1600 Commissarius Apostolicus, deinde a Capitulo II generali electus praepositus generalis, die 26 aprilis an. 1608. — Obiit Nuceriae eod. anno die 26 augusti.

3. Ioannes a Iesu-Maria

Electus die 29 aprilis anno 1611. — Obiit in coenobio Tusculano 28 maii 1615.

4. Dominicus a Iesu-Maria

Electus die 15 aprilis anno 1617. — Obiit Viennae (in Austria) 16 februar. 1630.

5. Mathias a S. Francisco

Electus 1. Vice die 9 maii anno 1620. — 2. Vice die 5 maii anno 1626. — Obiit Neapoli 16 decembr. 1636.

6. Ioannes a S. Hieronymo

Electus die 28 aprilis anno 1635. — Obiit Romae 12 augusti 1667.

7. Eugenius a S. Benedicto

Electus die 16 aprilis anno 1644. — Obiit Caprarolae 13 septembris 1655.

8. Laurentius a S. Elia

Electus die 5 maii anno 1647. — Obiit Neapoli 17 novembris 1655.

9. Carolus-Felix a S. Teresia

Electus die 11 maii anno 1680. — Obiit Romae die 21 iulii 1712.

10. Hyacintus a S. Catharina

Electus die 6 maii anno 1712. — Obiit Romae die 1 aprilis 1718.

11. Philippus a S. Francisca Romana

Electus die 11 aprilis anno 1761. — Obiit in coenob. Tusculano 24 octobr. 1769.

12. Bruno a S. Aloysio

Electus a SS. Dno Nro Pio VI motu proprio, praepos. generalis die 9 maii anno 1797. — Obiit Romae die 21 februar. 1801.

13. Ioseph a S. Corde Iesu

Electus die 23 1847. — Obiit Melitae anno 1866.

14. Lucas a S. Ioanne a Cruce

Electus die 20 aprilis 1872. — Munus praepositi tenuit usque ad annum 1881 mens. octobris. — Obiit Romae hoc anno 1884.

Poloniae Provinciae.

1. Adrianus a S. Teresia

Electus die 15 maii anno 1791. — Obiit in coenob. Lublinensi (Gallitiae Occidentalis) anno 1801.

Longobardiae Provinciae

1. Franciscus a SS. Sacramento

Electus die 5 maii anno 1650 — Obiit Romae 20 decembris 1654.

2. Honorius ab Assumptione

Electus die 23 aprilis anno 1689. — Obiit Romae 19 ianuarii 1716.

3. Philippus a S. Nicolao

Electus die 17 aprilis anno 1728. — Obiit Mutinae 31 iulii 1740.

4. Rainaldus-Maria a S. Ioseph

Electus die 26 aprilis anno 1749. — Obiit Romae 27 augusti 1760.

5. Eusebius a S. Maria

Electus in Capitulo generali intermedio (ob obitum R.mi Michaelis a S. Philippo) die 17 iunii anno 1769.

Confirmatus in Capitulo generali Bononiae celebrato, die 1ª maii an. 1773. — Obiit Parmae 30 ianuarii 1807.

6. Petrus-Alexander a S. Margarita

A Pio VII institutus Commissarius generalis (ob obitum R.mi Brunonis a S. Aloysio) die 5 aprilis anno 1801, deinde ab ipso Pontifice, motu proprio, declaratus praepositus generalis die 5 aprilis anno 1807, postea confirmatus (ad beneplacitum eiusdem Pontificis) mens. april. an. 1813. Tandem creatus Episcopus Tiburtinensis et consecratus 28 iulii 1816. — Obiit in sua Sede Episcopal. 12 novembris 1817.

Avenionensis Provinciae.

1. Philippus a SS. Trinitate

Electus die 25 aprilis anno 1665. — Confirmatus an. 1668. — Obiit Neapoli 28 februari 1671.

2. Martialis a S. Paulino

Electus die 4 maii anno 1686. — Obiit Avenione 8 novembris 1687.

3. Ambrosius a S. Angelo

Electus die 26 aprilis anno 1672. — Obiit Ianuae die 6 iulii 1695.

4. Eugenius a S. Ioseph

Electus die 16 aprilis anno 1701. — Obiit Massillae die 5 februarii 1718.

5. Marcellus a S. Anna

Electus die 15 maii anno 1734. — Obiit Carpenctorati mens. febraur. 1752.

6. Hilarion a S. Reparata

Electus die 19 aprilis anno 1755. — Obiit Romae 23 novembris 1760.

Flandro-Belgicae Provinciae.

1. Robertus a S. Anna

Electus die 14 aprilis anno 1731. — Obiit . . . . . . 24 ianuarii 1746.

2. Benignus a Iesu

Electus (ad sexennium ex Bulla Benedicti XIV) die 4 maii anno 1743. — Obiit Neapoli die 22 novembris 1757.

Neapolitanae Provinciae.

1. Philippus a S. Iacobo

Electus die 24 aprilis anno 1638. — Obiit Panormi 13 iulii 1651.

2. Ioachim a Iesu-Maria

Electus die 3 maii anno 1653. — Obiit Neapoli die 29 iulii 1656.

3. Emmanuel a Iesu-Maria

Electus die 8 maii anno 1677. — Obiit Neapoli die 17 septembris 1692.

4. Philippus a S. Nicolao

Electus die 23 aprilis anno 1695. — Obiit Neapoli die 3 martii 1615.

5. Elisaeus ab Immaculata Conceptione

Electus die 14 maii 1859. — Obiit Neapoli anno 1869.

Parisiensis Provinciae.

1. Dominicus a SS. Trinitate

Electus die 3 maii anno 1659. — Confirmatus die 29 aprilis anno 1662. — Obiit Romae 7 aprilis 1687.

2. Franciscus-Maria a S. Teresia

Electus die 12 aprilis anno 1704. — Obiit Parisiis 30 ianuarii 1734.

3. Hilarion ab Omnibus Sanctis

Electus die 24 aprilis anno 1779. — Confirmatus die 16 aprilis anno 1785. — Obiit Romae mens. septembris 1787.

Aquitaniae Provinciae.

1. Ioannes Chrysostomus a S. Paulo

Electus die 14 aprilis anno 1675. — Obiit Parisiis 13 augusti 1676.

2. Epiphanius a S. Maria

Electus die 2 maii anno 1716. — Obiit Burdigalae 29 martii 1722.

3. Dominicus a S. Ioseph Restitutor Ordinis N. in Galliis

Electus die 6 maii 1865. — Obiit Romae 1870.

Pedemontanae Provinciae

1. Carolus-Franciscus a S. Ioanne a Cruce

Electus die 26 aprilis anno 1722, postea Episcopus Albensis.

2. Clemens a S. Theresia Episcopus Cuneensis.

Electus die 1 maii 1841. — Obiit anno 1865 in conventu S. Caroli Genuae.

Burgundiae Provinciae.

1. Carolus a S. Brunone

Electus die 8 maii anno 1683. — Obiit Romae die 2 ianuarii 1697.

2. Philippus-Teresius a S. Anna

Electus die 29 aprilis anno 1719. — Obiit Vesuntione 10 iulii 1736.

3. Simphorianus a S. Andrea

Electus die 7 maii anno 1740. — Obiit Vesuntione 9 februarii 1775.

Gallo-Belgicae Provinciae

1. Quintinus a S. Carolo

Electus die 14 maii anno 1707. — Obiit Florentiae 8 iulii 1725.

Venetae Provinciae

1. Ioannes Evangelista a S. Maria

Electus in Capitulo intermedio (ob obitum R.mi Hilarionis ab Omnibus SS.) Romae celebrato die 12 aprilis anno 1788. — Obiit Veronae anno . . . .

Vallo-Belgicae Provinciae

1. Dionysius ab Assumptione

Electus die 19 aprilis anno 1608. — Obiit Leodii die 30 decembris 1701.

Etruriae Provinciae

1. Ioseph-Ignatius a Corde Iesu

Electus, per Schedulas a Vocalibus Romae transmissas, cum approbatione SS. D. N. Pii VII die 27 aprilis anno 1817.

Germaniae Provinciae

1. Isidorus a S. Dominico

Electus die 6 maii anno 1656. — Obiit Romae die 6 martii 1668.

2. Alexander a Iesu-Maria

Electus die 18 aprilis anno 1761. — Obiit Viennae (in Austria) 5 septembris 1676.

3. Ildephonsus a Praesentatione B. V.

Electus die 11 maii anno 1737. — Obiit Pragae die 24 augusti 1760.

Bavariae Provinciae

1. Michael a S. Philippo

Electus die 9 maii anno 1767. — Obiit Romae die 30 februarii 1769.



PROSPECTUS

PROVINCIARUM, CONVENTUUM, MONASTERIORUM

RESIDENTIARUM ET MISSIONUM

Carmelitarum Discalceatorum Congregationis Italicae

sub titulo S. Elias Prophetae

erectae anno 1600 die 13 Novembris

SUB AUSPICIIS

Clementis VIII Pontificis Maximi.

ADDITUR BREVIS ENUMERATIO PROVINCIARUM

Congregationis Hispanicæ

SUB TITULO S. P. N. JOSEPH

PROSPECTUS
Provinciarum Conventuum Monasteriorum
RESIDENTIARUM
MISSIONUM ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM CONGREGATIONIS S. ELIÆ

erectæ anno 1600 die decima tertia Novembris

Conventus et Residentiae sub jurisdictione solius Praepositi Generalis.

1. Romae I. Domus Generalitia, et Domicilium Superiorum Majorum. Titulus Domus: *SS. Theresia et Ioannes a Cruce.* — Annus fundationis 1762.
2. Melitae Collegium — *S. Theresia* 1626.
3. S. Mons Carmeli (in Syria) Vicariatus — *S. Elias* 1631.
4. Romae II. Seminarium Missionum — *S. Pancratius* 1662.
5. Ulissipone Hospitium pro Natione Germanica — *S. Ioannes Nepomucenus, et S. Anna.*
6. Roncelione Monasterium SS. Virginum — *SS. Theresia et Anna.*

1. Provincia Genuensis sub titulo S. Annae erecta anno 1617.

CONVENTUS FRATRUM.

1. Genuae I. — *S. Anna* 1584.
2. Lodani in Liguria (Loano) — *B. Maria Virgo a Monte Carmelo* 1609.
3. Genuae II. — *S. Maria de Sanitate* 1613.
4. Voragine (vulgo Varazze) — *S. Ioannes Baptista* 1616.
5. Genuae III. — *S. Carolus Borromaeus* 1623.
6. Savonae — *B. Maria de Monte Carmelo* 1623.
7. Clavarii (vulgo Chiavari) — *B. Virgo Maria ab Horto* 1628.
8. Vultrii — *S. M. Theresia* 1659.

COENOBIA MONIALIUM.

1. Genuae I. — *Iesus et Maria* 1590.
2. Genuae II. — *S. Mater Theresia* 1619.
3. Savonae I. — *S. Mater Theresia* 1623.
4. Savonae II. — *Spiritus Sanctus* 1643.

2. Provincia Romana sub titulo S. Mariae erecta 1617.

CONVENTUS FRATRUM.

1. Romae I. — *S. Maria de Scala* 1597.
2. Tusculi (Frascati) — *S. Sylvester* 1609.
3. Interamnae — *S. Valentinus* 1609.
4. Romae II. — *S. Paulus, postea B. Virgo de Victoria* 1612.
5. Perusii — *S. Theresia* 1622.
6. Caprarolae — *S. Maria et S. Sylvester* 1623.
7. Viterbii — *SS. Ioseph et Theresia* 1630.
8. Anconae — *S. Pellegrinus* 1642.
9. Sentini (Sassoferrato) — *B. Maria de Monte Carmelo* 1643.
10. Montis Virginis (Desertum) — *Praesentat. B. M. V.* 1668.
11. Urbini — *Annuntiationis B. M. V.* 1672.
12. Matelicae — *SS. Valentinus et S. Theresia* 1705.

COENOBIA MONIALIUM SUB IURISDICTIONE ORDINIS.

1. Romae I. — *B. V. M. de Monte Carmelo et S. Aegidius* 1610.
2. Interamnae (Terni) — *S. Ioseph* 1618.
3. Romae II. — *S. Theresia* 1627.
4. Romae III. — *Regina Coeli* 1654.

EXTRA IURISDICTIONEM ORDINIS.

5. Romae IV. — *S. Ioseph* 1598.
6. Fani — *S. Theresia* 1632.
7. Romae V. — *Corpus Christi, SS. Petrus et Marcellinus* 1637.

3. Provincia Poloniae erecta 1617 sub titulo Spiritus Sancti.

CONVENTUS FRATRUM.

1. Cracoviae I. — *Conceptio B. V. M.* 1605.
2. Leopoli (Luvow) *S. Michael* 1614.
3. Cracoviae II. — *SS. Michael et Ioseph* 1619.
4. Czernae (Czerne - Desertum) — *S. Elias* 1620.
5. Visnici (Visnicz) — *SS. Salvator* 1623.
6. Presmiliae (Przemisle) — *S. Theresia* 1630.
7. Cameneciae (Kaminictz)— *B. M. Virginis de Victoria* 1638.
8. Varsaviae — *Assumptio B. M. V.* 1642.
9. Berdiczioviae (Berdicjouf) — *Conceptio B. M. V.* 1644.
10. Wisnovicii (Wisniovicz) — *S. Anna* 1669.

COENOBIA MONIALIUM SUB IURISDICTIONE ORDINIS.

1. Cracoviae I. — *SS. Ioseph et Martinus* 1612.
2. Leopoli — *B. V. Maria Lauretana et S. Ioseph* 1642.
3. Varsaviae — *Spiritus Sanctus et S. Theresia* 1649.
4. Cracoviae II. — *SS. Theresia et Ioannes a Cruce* 1719.

4. Provincia Longobardica erecta 1617 sub titulo S. Angeli M.

MONASTERIA VIRORUM.

1. Cremonae — *S. Himerius* 1606.
2. Bononiae — *B. V. M. Lacrymosa* 1611.
3. Mediolani — *S. Carolus Borromaeus* 1614.
4. Faventiae — *SS. Thomas et M. Magdalena* 1617.
5. Papiae — *B. M. V. Gratiarum* 1621.
6. Parmae — *B. M. V. Alba* 1623.
7. Placentiae — *S. Theresia* 1627.
8. Vallesii (Desertum) — *S. Angelus* 1633.
9. Mutinae — *B. V. M. De Paradiso* 1641.
10. Comi — *S. Spiritus* 1641.
11. Laudae Pompejae (Lodi) — *S. Marcus* 1643.
12. Mantuae — *SS. Ioseph et Theresia* 1646.
13. Concesiae — *B. V. M. de Monte Carmelo* 1647.
14. Ferrariae — *S. Hieronymus* 1671.

15. Forolivii — *S. Theresia* 1673.
16. Vallesii — *SS. Trinitas* 1678.
17. Regii — *SS. Ioseph et Theresia* 1685.
18. Rosani — *B. V. Maria* 1685.
19 Imolae, Forum Cornelii — *B. V. M. de Ponte* 1735.

COENOBIA MONIALIUM SUB IURISDICTIONE ORDINIS.

1. Cremonae — *SS. Ioseph et Theresia* 1613.
2. Bononiae — *S. Gabriel* 1619.
3. Parmae — *SS. Theresia et Antonius* 1635.
4. Mutinae — *S. Ioseph* 1655.
5. Placentiae — *S. Ioseph* 1673.
6. Mediolani — *SS. Ioseph et Teresia* 1674.
7. Rosani — *S. Theresia* 1687.
8. Regii — *Desponsatio B. M. V.* 1689.
9. Mantuae — *SS. Stephanus et Theresia* 1694.

EXTRA IURISDICTIONEM ORDINIS.

10. Viglevani — *SS. Ioseph et Theresia.*
11. Angleriae (Angera) — *SS. Theresia et Ioannes a Cruce.*

5. Provincia Avenionensis erecta 1617 sub titulo S. Theresiae.

MONASTERIA VIRORUM.

1. Avenione — *B. V. M. a Nazareth postea S. Ioseph* 1608.
2. Lugduni — *B. V. M. de Monte Carmelo* 1618.
3. Massiliae — *SS. Ioseph et S. M. Magdalena* 1632.
4. Tolone (Toulon) — *B. M. V. de Monte Carmelo et S. Ioachim* 1635.
5. Aquissestiis (Aix) — *SS. Theresia et Ioseph* 1637.
6. Camberii — *B. V. M. de Monte Carmelo et S. Anna* 1639.
7. Gratianopoli (Grenoble) — *B. V. M. de Monte Carmeli* 1644.
8. Arelate (Arles) — *S. Ioseph* 1648.
9. Astromelii — *S. Ioseph* 1653.
10. Montepessulani — *S. Ioseph* 1663.

11. Bariolii (Bargiolx) — *B. M. V. de Bono Refugio* 1678.
12. Carpentoraci (Carpentras) — *SS. Ioseph et Ioannes a Cruce* 1684.
13. Cabellione (Châlons) — *Hospitium.*

Coenobia SS. Virginum sub iurisdictione Ordinis.

1. Avenione — *B. M. V. de Monte Carmelo* 1613.
2. Carpentoraci — *SS. Ioseph et Theresia* 1627.
3. Caberii — *S. Theresia et Omnes Sancti* 1634.
4. Cambellione (Cavaglion) — *SS. Ioseph et Theresia* 1668.

Extra iurisdictionem Ordinis.

5. Cabillone (Chalon) — *Mater Dei et S. Ioseph* 1610.
6. Lugduni — *B. M. Virgo de Pietate* 1616.
7. Belnae (Baume) — *S. Stephanus* 1618.
8. Massiliae — *S. Maria Magdalena* 1623.
9. Aquissextiis — *S. Maria Magdalena* 1625.
10. Matiscone (Macon) — *Praesentatio B. M. V.* 1626.
11. Arelate — *S. Ioseph* 1632.
12. Gratianopoli — *Desponsatio B. M. V.* 1649.
13. Trivoltii (Trevou) — *Puer Iesus et S. Ioseph* 1668.

6. Provincia Brabantiae erecta anno 1617 sub titulo S. Ioseph.

Monasteria Virorum.

1. Bruxellis — *B. M. Virgo de Monte Carmeli* 1610.
2. Lovanii — *S. Albertus* 1611.
3. Antuerpiae — *S. Ioseph* 1618.
4. Lovanii — *SS. Ioseph et Theresia* 1621.
5. Mechliniae (Malines) — *S. Ioseph* 1652.
6. Nethi (Desertum - Nethen) — *Incarnatio, et S. Ioannes a Cruce* 1689.

Coenobia SS. Virginum sub iurisdictione Ordinis.

1. Bruxellis — *SS. Ioseph et Anna* 1607.
2. Antuerpiae — *S. Ioseph* 1612.
3. Mechliniae — *S. Theresia* 1616.
4. Vilvordiae (Wilford) — *S. Elisabeth* 1663.
5. Ruremundae — *SS. Theresia et Ioannes a Cruce* 1698.

Extra iurisdictionem Ordinis.

6. Lovanii — *SS. Maria et Ioseph* 1607.
7. Boscoduci — 1622.
8. Oirschoti — 1644.

Hisce successerunt Mollenset — 1665.
Willebrokanum — *SS. Ioseph et Theresia* 1712.

Olim in Provincia Brabantiae existebant sequentia Coenobia Virginum Nationis Anglicae, idest.

1. Antuerpiae — *SS. Ioseph et Anna* 1619.
2. Lirae (Lyer) — *B. V. M. de Monte Carmelo* 1642.
3. Hoogstrati (Hocghstatz) — *B. M. V. de Monte Acuto* 1677.

7. Provincia Neapolitana erecta 1620 sub titulo Matris Dei.

Monasteria Virorum.

1. Neapoli — *Mater Dei* 1602.
2. Aletii (Lecce) — *S. Theresia* 1620.
3. Neapoli — *S. Theresia* 1620.
4. Barii — *SS. Ioseph et Theresia* 1629.
5. Turri octava vel Graecii (Torre del Greco) — *S. Ianuarius* 1632.
6. Altiliae (Altamura) — *Iesus Maria et Ioseph* 1632.
7. Surrenti — *SS. Ioseph et Theresia* 1636.
8. Trani — *SS. Marcus et Theresia* 1637.
9. Catacii (Catanzaro) — *SS. Ioannes Bapt. et Ioannes Evang.* 1638.
10. Tarenti (Taranto) — *SS. Ioseph et Theresia* 1642.
11. Monopoli — *SS. Ioannes Bapt. et S. Anna* 1644.
12. Cosentiae — SS. *Animae Purgatorii* 1647.
13. Brundusii — *SS. Ioachim et Anna* 1672.
14. Massae lubrensis (Desertum) — *Mons Calvariae* 1680.
15. Salerni — *B. M. V. de Portu Salutis* 1682.
16. Bitunti — *B. M. V. de Populo* 1702.
17. Beneventi — *SS. Nomen Maria V.* 1711.

Coenobia SS. Virginum sub iurisdictione Ordinis.

1. Neapoli — *S. Ioseph* 1607.
2. Trejae — *SS. Trinitas* 1620.

3. Alecii — *SS. Nicolaus et Theresia* 1631.
4. Barii — *S. Theresia* 1647.
5. Neapolitanum — 1746.

EXTRA INRISDICTIONEM ORDINIS.

6. Gallipoli — *Iesus Maria Ioseph* 1692.
7. Neriti (Nardò) — *S. Theresia* 1699.
8. Ana-Capri (Isola di Capri) — *S. Michael* 1710.

8. Provincia Coloniensis sub titulo SS. Sacramenti erecta 1626.

MONASTERIA VIRORUM.

1. Coloniae — *SS. Ioseph et Theresia* 1613.
2. Herbipoli (Wirtzbourg) — *SS. Ioseph et Maria Magdalena* 1627.
3. Confluentiae (Coblenz) — *Omnes Sancti* 1656.
4. Heidelbergae — *SS. Ioseph et Iacob Minor* 1702.
5. Neoburgi (Newbourg) — *Hospitium.*

COENOBIA SS. VIRGINUM SUB IURISDICTIONE ORDINIS.

1. Coloniae — *B. Maria de Pace et S. Theresia* 1637.
2. Neoburgi — *SS. Ioseph et Theresia* 1661.

EXTRA IURISDICTIONEM ORDINIS.

3. Coloniae — *B. M. V. Lauretana et S. Ioseph* 1636.
4. Dusseldorpii (Dusseldorff) — *B. M. V. de Monte Carmelo* 1643.
5. Eiffliae-monasteniensis — *S. Ioseph* 1659.
6. Aquisgrani — *Iesus, Maria Ioseph* 1662.

9. Provincia Sicula sub titulo S. Alberti erecta anno 1632.

MONASTERIA VIRORUM.

1. Panormi — *B. M. V. de Remediis* 1610.
2. Messanae — *B. M. V. Gratiarum* 1619.
3. Panormi — *S. Erasmus* 1619.
4. Baide (Baida) — *S. Isidorus* 1626.

5. Syracusis — *S. Theresia* 1633.
6. Messanae — *S. Albertus* 1635.
7. Pitinii — *S. Isidorus* 1635.
8. Catanae — *B. M. V. Novae Lucis, dein S. Spiritus* 1643.
9. Mutycae (Modica) — *B. M. V. de Populo* 1643.
10. Castri-veterani — *S. Ioseph* 1643.
11. Mazarae (Mazzara) — *S. Vitus* 1669.
12. Milatii (Melazzo) — *S. Catharina* 1693.

COENOBIA SS. VIRGINUM SUB IURISDICTIONEM ORDINIS.

1. Panormi — *SS. Anna et Teresia* 1628.
2. Panormi — *Assumptio B. V. M.* 1636.
3. Messanae — *Conceptio B. V. M. et S. Carolus* 1686.

EXTRA IURISDICTIONEM ORDINIS.

4. Casmeni (Comiso) — *Regina Coeli* 1627.
4. Casmenae (Scicali) — *S. Clara* 1631.
6. Vizzini — *Animae Purgatorii* 1657.
7. Claromontii — *S. Theresia* 1660.
8. Syracusis — *S. Theresia* 1668.
9. Galerii (Galiani) — *B. M. Gratiarum* 1670.
10. Muticae — *S. Martinus* 1670.
11. Casmeni — *S. Clara* 1676.
12. Victoriae — *S. Ioseph* 1686.
13. Muticae — *S. Franciscus Xaverius* 1698.
14. Montis Drepani (Monte di Trapani) — *S. Theresia* 1701.

10. Provincia Parisiensis sub titulo Omnium Sanctorum erecta anno 1635.

MONASTERIA VIRORUM.

1. Parisiis — *S. Iosephus* 1611.
2. Charenti (Charenton) — *B. M. Virgo de M. Carmelo* 1617.
3. Meldis (Meaux) — *Assumptio B. M. V.* 1622.
4. Niverni (Nivers) — *Annuntiatio B. M. V.* 1626.
5. Sylvanecti (Senli) — *S. Ludovicus* 1642.
6. Metae (Metz) — *SS. Eligius et Ioseph* 1644.
7. Lingoni (Langres) — *S. Aegidius* 1646.
8. Aureliae (Oranges) — *S. Anna* 1649.
9. Vicis (Vic) — *S. Ioannes a Cruce* 1655.

Coenobia SS. Virginum.

1. Parisiis — *B. V. M. de Campis, vel Incarnationis* 1604.
2. Divione (Dijon) — *S. Ioseph* 1605.
3. Aureliae — *Mater Dei et S. Ioseph* 1617.
4. Parisiis — *Mater Dei* 1617.
5. Niverni — *S. Theresia* 1619.
6. Carnuti (Chartres) — *Incarnatio D. N. I. C.* 1620.
7. Trecis (Troye) — *Incarnatio* 1620.
8. Castellione (Chatillon) — *Nativitas Domini* 1621.
9. Metae — *Incarnatio* 1623.
10. Calvomontii (Sciomon) — *SS. Iosephus et Theresia* 1623.
11. Blesae (Blois) — *Assumptio B. V. M.* 1625.
12. Senonibus (Sens) *Visitatio B. V. M.* 1625.
13. Sandionysii (Saint Denys) — *Iesus et Maria* 1625.
14. Molini (Moulin) — *Nativitas Domini* 1628.
15. Trecis (Troye) — *B. V. Maria de Pietate* 1630.
16. Remis (Reims) — *Incarnatio Domini* 1633.
17. Viroduni (Verdun) — *Nativitas Domini* 1634.
18. Compendii (Compiegne) — *Annuntiatio B. V. M.* 1641.
19. Parisiis — *S. Theresia* 1668.

11. Provincia Aquitana sub titulo Iesus Maria, Ioseph erecta anno 1641.

Monasteria Virorum.

1. Perpiniani — *S. Ioseph* 1589.
2. Tolosae — *S. Ioseph* 1623.
3. Lemovici (Limoges) — *S. Andreas* 1625.
4. Burdigalae (Bordeaux) — *B. V. M. de Salute* 1626.
5. Claromontii (Clermont) — *Assumptio B. V. Mariae et S. Petri in Vinc.* 1633.
6. Blayae (Blaye - Desertum) — *SS. Ioseph et Theresia* 1638.
7. Cadurci (Cahors) — *Omnes Sancti* 1639.
8. Ricomagi (Riom) — *S. Theresia* 1643.
9. Tutellae (Tulle) — *S. Ioannes Baptista* 1644.
10. Engolismae (Angouleme) — *B. V. M. de Monte Carmelo* 1654.
11. Agenni (Agen) — *Annuntiatio B. V. M.* 1660.
12. Burdigalae — *S. Ludovicus* 1676.

Coenobia SS. Virginum.

1. Turone (Tours) — *Mater Dei* 1607.
2. Burdigalae — *S. Ioseph* 1610.
3. Tolosae — *Mater Dei et S. Ioseph* 1616.
4. Bituricis (Bourges) — *Mater Dei et S. Ioseph* 1617.
5. Santone — *Mater Dei et S. Ioseph* 1617.
6. Ricomagi (Riom) — *Mater Dei* 1618.
7. Burdigalae — *Assumptio B. M. V.* 1618.
8. Lemovici — *Mater Dei et S. Ioseph* 1618.
9. Narbonae — *Mater Dei et S. Theresia* 1620.
10. Lectoraci (Lecture) — *Mater Dei et S. Ioseph* 1624.
11. Andegavi (Angers) — *Incarnatio Domini* 1626.
12. Agenni — *SS. Trinitas et S. Theresia* 1628.
13. Ausciae (Ause?) — *SS. Trinitas et B. M. de Victoria* 1630.
14. Pictavii (Poitiers) — *Incarnatio* 1630.
15. Montalbani — *Puer Iesus et S. Theresia* 1634.
16. Apamiae (Pamiers) — *SS. Salvator et S. Ioseph* 1648.
17. Niorti (Niort) — *Passio D. N. I. C.* 1648.
18. Engolismae — *SS. Trinitas, Iesus, Maria Ioseph* 1656.

12. Provincia Pedemontana sub titulo S. Mauritii erecta anno 1653.

Monasteria Virorum.

1. Montevici — *S. Theresia* 1618.
2. Taurini — *S. Theresia* 1623.
3. Caballarii Maioris — *S. Theresia* 1644.
4. Astae — *S. Ioseph* 1647.
5. Alexandriae — *S. Anna* 1666.
6. Niciae — *B. M. V. de Laghetto* 1674.
7. Eporediae (Ivrea) — *S. Ioseph* 1694.
8. Montis Callerii (Moncalieri) — *Hospitium* 1704.

Coenobia SS. Virginum sub iurisdictione Ordinis.

1. Taurini — *SS. Christina et Ioseph* 1638.
2. Alexandriae — *SS. Ioseph et Theresia* 1696.
3. Montis Callerii — *Mater Dei et S. Ioseph* 1703.

13. Provincia Burgundiae sub titulo S. Claudii erecta anno 1653.

MONASTERIA VIRORUM.

1. Dolae Sequanorum (Dola) — *SS. Ioseph et Theresia* 1628.
2. Salinae (Salin) — *SS. Ioseph et Theresia* 1627.
3. Vesuntione — *SS. Michael et Ioseph* 1645.
4. Graii (Gray) — *S. Ioseph* 1646.
5. Sanclaudii (Saint Cloud) — *SS. Ioseph et Ioachim* 1647.
6. Bletterani (Bleterano) — *Conceptio B. V. M.* 1666.
7. Marnaci (Mornay) — *SS. Ioseph et Theresia* 1673.

COENOBIA SS. VIRGINUM EXTRA IURISDICTIONEM ORDINIS.

1. Dolae — *S. Maria Magdalena* 1614.
2. Vesuntione — *Conceptio B. V. M. et S. Ioseph* 1616.
3. Salinae — *Mater Dei et S. Theresia* 1627.
4. Graii — *SS. Trinitas et S. Ioseph* 1644.
5. Arborosi (Arbois) — *B. M. V. de Bono Consilio, et S. Ioseph* 1647.

14. Provincia Gallo-Belgica sub titulo SS. Mariae et Ioseph erecta 1665.

MONASTERIA VIRORUM.

1. Duaci (Douai) — *SS. Ioseph et Theresia* 1615.
2. Insulis (Lilla) — *S. Ioseph* 1616.
3. Marlani (Desertum) — *S. Ioseph* 1619.
4. Namurci (Namur) — *S. Ioseph* 1622.
5. Tornaci (Tournai) — *S. Theresia* 1624.
6. Audomari (Saint-Omer) — *Annuntiatio B. M. V.* 1626.
7. Montibus (Mons) — *SS. Ioseph et Theresia* 1647.
8. Cameraci (Cambrai) — *S. Ioseph et S. Leopoldi* 1652.
9. Valencenae (Valenciennes) — *Conceptio B. V. M. et S. Ioseph* 1680.

COENOBIA SS. VIRGINUM SUB IURISDICTIONE ORDINIS.

1. Montibus (Mons) — *SS. Ioseph et Theresia* 1608.
2. Tornaci (Tornaci) — *S. Ioseph* 1614.
3. Valencenae — *Conceptio B. V. M. et S. Ioseph* 1618.

4. Duaci — *SS. Maria et Ioseph* 1625.
5. Insulis — *SS. Ioseph et Teresia* 1626.
6. Namurci — *Iesus, Maria et Ioseph* 1673.

15. Provincia Veneta sub titulo S. Ioannis a Cruce erecta 1677.

Monasteria Virorum.

1. Venetiis — *B. V. M. de Nazareth* 1647.
2. Brixiae — *S. Petrus de Oliveto* 1650.
3. Veronae — *Annuntiatio B. V. M.* 1664.
4. Vicentiae — *S. Hieronymus* 1669.
5. Patavii — *SS. Hieronymus et Theresia* 1670.
6. Tarvisii — *S. Hieronymus* 1681.
7. Naupliae (Napoli di Romania) — *B. M. V. de Monte Carmelo* 1686.
8. Patrassi (Patras) — *S. Theresia* 1687.
9. Cremae — *B. M. V. de Cruce* 1687.
10. Venetiis in Alga — *SS. Georgius et Laurentius Iustinianus* 1699.

Coenobia ss. Virginum sub Iurisdictione Ordinis.

1. Coneliani — *S. Teresia* 1682.
2. Murani — *S. Ioseph* 1748.

16. Provincia Wallo-Belgica sub titulo S. Caroli erecta 1681.

Monasteria Virorum.

1. Leodii (Liége) — *S. Ioseph* 1617.
2. Huyi (Huy) — *S. Domitianus* 1638.
3. Iemeppae (Iemepp.) — *S. Ioannes a Cruce* 1683.
4. Viseti (Viset) *SS. Sacramentum* 1691.

Coenobia ss. Virginum sub Iurisdictione Ordinis.

1. Leodii — *B. M. V. de Monte Carmelo* 1627.
2. Huyi — *S. Ioseph* 1651.

Extra Iurisdictionem Ordinis.

3. Cinaci (Sinè) *S. Ioseph* 1629.

17. Provincia Normandiae sub titulo SS. Trinitatis erecta 1686.

MONOSTERIA VIRORUM.

1. Rothomagi (Rounen) — *SS. Ioseph et Theresia* 1624.
2. Venetiis (Vannes) — *S. Vincentius Ferrerius* 1627.
3. Abbatisvillae (Abbeville) — *Iesus Maria Ioseph* 1640.
4. Atrebati (Arras) — *S. Ioseph* 1642.
5. S. Salvatoris apud Caretum — *S. Ioseph* 1644.
6. Ambiani (Amiens) — *S. Ioseph* 1648.
7. Dieppae (Dieppe) — *S. Elias* 1651.
8. Brest (Brest) — *S. Ivo* 1652.
9. Apud Luciam Eremus (Louriers) — *B. M. V. de Succursu* 1660.
10. Rhedonae (Rennes) — *S. Ioseph* 1687.
11. Kareti (Karhais) — *S. Maria de Monte Carmelo* 1687.

MONASTERIA S. VIRGINUM SUB IURISDICTIONE ORDINIS.

1. Morlaci (Morlais) — *S. Maria de Monte Carmelo* 1621.

EXTRA IURISDICTIONEM ORDINIS.

1. Pontisarae (Pontoise) *S. Ioseph* 1605.
2. Ambiani (Amiens) — *Spiritus Sanctus* 1606.
3. Rothomagi — *Assumptio B. M. Virginis* 1609.
4. Dieppae — *Mater Dei* 1615.
5. Cadomi (Caen) — *SS. Incarnatio* 1616.
6. Naunetti (Nantes) — *S. Salvator* 1618.
7. Morlaci (Morlais) — *S. Maria de Monte Carmelo* 1624.
8. Quincampi (Quincamps) — *S. M. Theresia* 1628.
9. Gisorii (Gisors) — *Conceptio B. M. Virginis* 1631.
10. Abbevillae — *Iesus Maria* 1636.
11. Pontis-Audomari (Pont-de Mer) — *Nativitas D. N. I. C.* 1641.

18. Provincia Etruriae sub titulo Annuntiationis B. V. M. erecta anno 1695.

MONASTERIA VIRORUM.

1. Florentiae — *S. Paullus* 1619.
2. Senis — *S. Michael Archangelus* 1684.

3. Aretii — *S. Maria Gratiarum* 1695.
4. Prati — *S. Maria de Pietate nunc S. Franciscus* 1699.
5. Pisis — *S. Euphrasia, nunc S. Torpetes* 1718.

MONASTERIA MONSALIUM.

1. Florentiae *S. M. Theresia* 1630.

19. Provincia Austriaca sub titulo S. Leopoldi erecta anno 1701.

MONASTERIA VIRORUM.

1. Vindobonae (Vienne) — *S. Maria de Monte Carmelo* 1623.
2. Pragae — *S. Maria de Victoria, et S. Antonius a Padua* 1624.
3. Graecii (Gratz) — *S. Ioseph* 1628.
4. Tridenti (Trento) — *S. Maria dell'Aste* 1642.
5. Goritiae — *S. M. V. de Castaneo* 1649.
6. S. Annae (Eremus) — *S. Anna* 1654.
7. Neostadii (Neostad) — *S. Mater Theresia* 1665.
8. Lincii (Lintz) — *SS. Ioseph et Eliseus* 1674.
9. Iavarini *Raab* (Giavarino) — *SS. Conceptio B. V. et S. Ludovicus Ret.* 1697.
10. Scalitii (Scalcolitz) — *SS. Trinitas et S. Leopoldus* 1699.
11. Paezoviae (Paczow) — *S. Wenceslaus M.* 1708.
12. Hippolytopoli (S. Poltzen) — *S. M. Theresia* 1773.

MONASTERIA MONIALIUM SUB IURISDICTIONE ORDINIS.

1. Vindobonae — *S. Ioseph* 1629.
2. Graecii — *Annuntiatio B. V. M.* 1643.
3. Pragae — *S. Ioseph* 1636.
4. Neostadii — *Desponsatio B. V. Maria* 1667.
5. Hippolytopoli — *S. Theresia* 1701.
6. Lincii — *S. M. Theresia* 1710.

NB. Haec Monasteria huius Provinciae Austriacae suppressa fuerant anno 1782 ab Imperatore Iosepho II.

20. Provincia Lituana sub titulo S. Casimiri Regis erecta anno 1734.

COENOBIA VIRORUM.

1. Lublini (Lublin) — *B. M. V. de Monte Carmelo* 1610.
2. Posnaniae (Poznam) — *S. Ioseph* 1618.
3. Vilnae (Wilna) — *S. M. Theresia* 1626.
4. Glemboci (Gleboxic) — *Assumptio B. M. V.* 1642.
5. Grodnae (Grodno) — *Exaltatio S. Crucis* 1646.
6. Kowenae (Kowuo) — *S. Ioseph* 1708.
7. Zaviliae (Zawiglia) — *S. M. Theresia.*
8. Antelepciae (Antelepcik) — *S. M. Theresia.*
9. Pinscii (Pinsk) — *S. M. Theresia.*
10. Vilnae *alterum.*

COENOBIA SS. VERGINUM SUB IURISDICTIONE ORDINIS.

1. Lublini — *SS. Ioseph et Theresia* 1624.
2. Vilnae — *S. Ioseph* 1638.
3. Lublini *alterum* — *Conceptio B. V. M.* 1649.
4. Posnaniae — *SS. Nomen Mariae* 1656.

21. Provincia Bavariae seu S. Crucis erecta anno 1740.

MONASTERIA VIRORUM.

1. Monachii — *B. V. M. de Monte Carmelo, et S. Nicolaus* 1629.
2. Augustarum (Awsburg) — *SS. Sacramentum* 1632.
3. Ratisbonae (Regesburg) — *S. Ioseph* 1635.
4. Scongavii (Sgongaw) — *S. Anna* 1720.
5. Urfarnii (Urfan) *Eremus* — *S. Theresia et S. Ioannes a Cruce* 1732.

MONASTERIA MONIALIUM SUB IURISDICTIONE ORDINIS.

1. Monachii — *SS. Trinitas* 1711.

22. Provincia Lotharingiae sub titulo S. Nicolai erecta anno 1740.

Monasteria Virorum.

1. Nancaei (Nancy) — *S. Maria Lauretana et S. Ioseph* 1611.
2. Mussipontii (Pont-Mausson) — *Annuntiatio B. V. M. et S. Theresia* 1623.
3. Gerbeville (Gerbevilliers) — *S. M. de Monte Carmelo* 1624.
4. Baroduci (Barleduc) — *SS. Ioseph et Theresia* 1631.
5. San Michaeli (San Miel) — *S. Ioseph* 1645.
6. Lunevillae — *S. Leopoldus* 1708.
7. Novicastri (Neuschatell) *Hospitium — S. M. Theresia.*

Monasteria Monialium sub Iurisdictione Ordinis.

1. Nancaei I — *S. M. de Monte Carmelo* 1618.
2. Mussipontii — *SS. Trinitas et S. Theresia* 1627.
3. Baroduci — *S. Ludovicus* 1629.
4. Lunevillae 1629.
5. Nancaei II — *SS. Ioseph et Theresia* 1635.
6. Novicastri — *S. Ioseph* 1649.

23. Provincia Flandrica sub titulo S. Ioseph, et Reginae Pacis erecta anno 1761.

Monasteria Virorum.

1. Brugis — *S. Ioseph* 1631.
2. Gandavi (Gaud) — *SS. Ioseph et Leopoldus* 1649.
3. Ypris — *SS. Ioseph et Theresia* 1650.
4. Dunquerquae (Dumkerque) — *S. Ioseph* 1654.
5. Teramundae — *S. Ioseph* 1662.
6. Cortraci (Hospitium).

Monasteria Virginum sub Iurisdictione Ordinis.

1. Gaudavi — *B. M. V. de Monte Carmelo* 1622.
2. Ypris — *SS. Ioseph et Theresia* 1623.
3. Brugis — *B. M. Virgo de Monte Carmelo* 1626.
4. Cortraci — *SS. Ioseph et Theresia* 1649.

5. Teramundae (Teneramundae) — *SS. Ioseph et Theresia* 1652.

EXTRA IURISDICTIONEM ORDINIS.

6. Alosti (Alosth) — *SS. Ioseph, Anna, et Theresia* 1632.

24. Provincia Hibernica sub titulo S. Patritii erecta anno 1638.

MONASTERIA VIRORUM.

1. Dublini anno 1625. — 2. Kilchenii. — 3. Limerici. — 4. Kinsalii. — 5. Lockriae. — 6. Galvii. — 7. Atboy. — 8. Ardaci. — 9. Droghedii.

MONASTERIA VIRGINUM.

1. Corchagii. — 2. Limerici.

Hodierno die duo sunt Coenobia Virorum in hac Provincia, idest Dublini, et Lockriae — Monialium novem — Tria sub Ordine, Sex extra iurisdictionem Ordinis.

MISSIONES EUROPAEE.

1. Amstelodami. — 2. Hagae Comitis. — 3. Lugduni Batavorum. — 4. Lugduni Batavorum.

IN ANGLIA ET SCOTIA.

Londini, residentia Missionariorum. Inchoata fuit anno 1614.

MISSIONES ASIATICAE.

Vicariatus Missionum Persicarum.

RESIDENTIAE ET HOSPITIA.

Ispahami — *Iusus Maria Ioseph* 1609.
Ormuziae (Ormuz) — *Iesus et Maria* 1611.
Destructa ab Anglis et Persis an. 1622.
Schiragii (Schiras) — *SS. Simon et Iudas* 1623.
Benderabassi — 1670.
Hamadani (Amadan) — 1670.
Bendar Congi — 1670.
Iulfae — *S. Elias* 1679.

IN IMPERIO TURCICO.

Bassorae — *B. M. V. de Remedio* 1623.
Bagdadi — *S. Thomas* 1721.

VICARIATUS MISSIONUM SYRIACARUM MONASTERIA ET RESIDENTIAE.

Aleppi — *B. M. V. de Monte Carmelo* 1627.
In Monte Carmelo — *S. P. N. Elias* 1631.
In Monte Libano — *S. Elisaeus* 1643.
Tripoli — *Iesus Maria Ioseph* 1643.

PTOLEMAIDAE.

Caifae seu Porphyriae — 1629.

VICARIATUS MISSIONUM MALABARICARUM MONASTERIA ET RESIDENTIAE.

Goae I. — *B. M. V. de Monte Carmelo* 1620.
Goae II. — *S. M. Theresia* 1630.
Vizaporae — 1635.
Verapoli — *SS. Ioseph et Theresia.*
Mahae.
Setalli.
Mettangeri.
Cocini.

VICARIATUS MISSIONUM MOGOLITARUM MONASTERIA ET RESIDENTIAE.

Tattae — *S. Mater Dei* 1605.
Divii — *S. Ioseph* 1630.
Suratae — 1634.
Caroarii — *S. Theresia* 1705.
Sunkeri — 1709.
Bombaini I. — *B. V. M. Spei* 1717.
Bombaini II. — *B. V. M. de Monte Carmelo* 1720.
Mahimi — *S. Michael* 1723.
Salvatione apud Mahimum — *B. V. M. de Salute* 1724.
Marsegoni — *B. V. M. de Gloria* 1730.
Damani — 1769.

In Imperio Sinensi.

Pekini — *Residentia Missionariorum* 1643.

Missio Africana.

In Mozambico — *Residentia Missionariorum* 1643.

Missio Americana.

In Luisiana — 1720.



NOTITIA SUMMARIA Conventuum et Monasteriorum Congregationis Hispanicae sub titulo S. Joseph erecta anno 1568.

Monasteria Monialium a S. M. N. Theresia fundata:

CIVITATES	TITULI ECCLESIARUM	Annus fundationis
I. Abulae	S. P. Joseph	1562
II. Medinae de Campo	idem	1567
III. Malagone	idem	1568
IV. Vallisoleti	Conceptio B. M. V.	»
V. Toleti	S. P. Joseph	1569
VI. Pastranae	Conceptio B. M. V.	»
VII. Salamancae	S. P. Joseph	1570
VIII. Albae	Annuntiatio B. M. V.	1571
IX. Segoviae	S. P. Joseph	1573
X. In oppido Veas	idem	1574
XI. Hispali	idem	1575
VII. Caravacae	idem	1576
XIII. Villaenovae de la Xara	S. Anna	1580
XIV. Palentiae	S. P. Joseph	»
XV. Numantiae	SS. Trinitas	1581
XVI. Granatae	S. P. Joseph	1582
XVII. Burgis	idem	»



Coenobia Patrum a S. M. N. Theresia a Jesu fundata:

CIVITATES	TITULI ECCLESIARUM	ANNUS fun-dationis
I. Durveli	S. M. de Monte Carmelo	1568
II. Pastranae	S. Petrus Apostolus	1569
III. Manzerae	B. V. Maria	1570
IV. Compluti	S. Cyrillus	1571
V. Altomirae	B. M. V. de Succursu	»
VI. Cordubae	S. Joannes de Portu	1572
VII. Granatae	SS. Martyres	1573
VIII. Rupeculae S. Eremus	S. P. Joseph	»
XI. Hispali	S. Maria de Remediis	1574
X. Almodovari de Campo	S. M. de Monte Carmelo	1575
XI. La Manche S. Eremus	S. Maria de Succursu	1577
XII. Beaci	S. Basilius Episcopus	1579
XIII. Vallisoleti	S. Maria de bono Consilio	1581
XIV. Salamancae	S. P. N. Elias Propheta	»
XV. Ulissipone	S. Philippus Apostolus	1582

PROVINCIÆ HISPANICÆ CONGREGATIONIS

I.

CASTELLAE-VETERIS — Sub titulo S. P. N. Eliae.

II.

CASTELLAE-NOVAE — Sub titulo Spiritus Sancti.

III.

ANDALUSIAE SUPERIORIS — Sub tit. S. Angeli Martyris Carmel.

IV.

ANDALUSIAE INFERIORIS — Sub titulo S. Joannis Baptistae.

V.

CATALAUNIAE — Sub titulo S. Patris Joseph.

VI.

PORTUGALLIAE — Sub titulo S. Philippi Apostoli.

VII.

AMERICAE SEPTENTRIONALIS — Sub titulo S. Alberti Conf. Carmelitae.

VIII.

ARAGONIAE — Sub titulo S. M. N. Theresiae.

IX.

NAVARRAE — Sub titulo S. Joachim. Conf..

X.

MURCIAE — Sub titulo S. Annae.

« In his Provinciis numerantur: Coenobia PP. N.° 141 — « Residentiae N.° 20 — Monasteria Monialium Ordini su- « bjecta N.° 74 — Extra Iurisdict. Ordin. N.° 25 ».

Praedicta Congregatio habebat olim Romae unum hospitium sub titulo S. Annae, Procurator Generalis pro negotiis suae Congregationis in Curia Romana residebat.

INDEX



Supplementum Scriptorum Carmelitarum Discalceatorum

qui non reperiuntur in Collectione

P. F. Bartholomaei a S. Angelo.

Cathalogus Illustriorum Praesulum


EX ORDINE CARMELITICO-THERESIANO APPOSITORUM



General




THE OHIO STATE UNIVERSITY BOOK DEPOSITORY
D AISLE SECT SHLF SIDE POS ITEM C
8 03 07 13 8 15 011 7


STATE UNIVERSITY BOOK DEPOSITORY
SECT SHLF SIDE POS ITEM C
07 13 B 15 011 7

